



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Jacobi Alvarez de Paz Opera

De Vita Spirituali, Eivsque Perfectione - Libri quinque

Álvarez de Paz, Jacobo

Lvgdvni, 1611

Pars III. de alijs documentis ad Perfectionem comparandam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77833](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77833)

mirabilis Iob. Iustitiæ igitur amatores, Ecclesiæ pulcherrima luminaria, virtutis splendore fulgeant, & vitæ puritate resplendeant, & vniuersos virtutis suæ exemplis veluti clarissimis radiis illuminent. Nulla scandali nubes, nulla offensionis nebula eorum decorem & claritatē obscurat: sint recti, & simplices, & sine querela viuētes apud homines, ne illos (quod ad se pertinet) vlla macula prauæ opinionis obnubilet. Id autem curent, vt vera cæli luminaria, non vt

A ipsimet fulgeant, non vt famam, & nomen sanctorum aucupent, sed vt se Dei seruos fideles exhibeant, & eius gloriam, & honorem apud omnes amplificent. Sic audacter dicent cum Paulo: Neque quærentes sumus ab hominibus gloriam, neque à vobis, neque ab aliis. Qui dū gloriam caducam vitæ sanctitate nō querūt (& quod in ipsis est) abscondi, despici, & pro nihilo haberi capiunt, apud Dominū verā gloriā merentur, & æternis præmiis digni redduntur.

2. Theos. 2.



PARS TERTIA

De aliis documentis ad perfectionem comparandam.



OMNIA, quæ in superiori tractatu dicta sunt, eò tendunt, vt religiosus sciat quid agere, & quid vitare debeat, vt sine periculo, quantum in hac vita fieri possit, per viam virtutis ac perfectionis incedat. Quia verò non sufficit, aut bonum agere, aut à malo abstinere, nisi etiam illud bene agamus, & istud circumspicere & prudenter cuitemus, ideo nunc alia documenta, quæ nos modum doceant in rebus tenendum, subiicimus. Atque his obedientia, quam diuinis instinctibus debemus, principium dabit, quia ipsi non tantum operis substantiam, sed modum etiam rationemque præscribunt.

Quod religiosus diuinis inspirationibus pareat.

CAPVT XXX.



VELLEM quidem huic documento, quod modò scribere incipio, primas partes inter media generalia ad assequendam perfectionē necessaria tribuere; quod quisquis diligenter in intimis sui cordis admiserit, & attentus vocem Domini se vocantis, inuitantis, & docentis, auscultauerit. breui tēpore magnos progressus in itinere vitæ spiritualis efficiet. Illud verò est Deum audire, Deo obedire, Dei monita & adhortationes accipere, & illud cuiusdam sapientis celeberrimū dictum, Sequere Deum] vita, & actione præstare. Vt autē hoc ab ipso suo principio exponamus, sciendum est, cogitationū internarum, quæ animum pulsant, & ad aliquid desiderandum, vel faciendū inuitant, quasdam à dæmone communi aduersario procedere, quasdam à corde nostro, ac à natura nostra exoriri, alias verò à Deo omnium bonorum auctore generari. Cogitationes à dæmone suscitatae sūt, quas ad aliquod malum prouocantes, ipse turbando, & componendo phantasmata sensuum nostrorum (habet enim ad hoc, si Deus permittat, potestatem) sensibus internis immittit, quæ intellectui præsentata, possunt illum ad cognoscendum mouere, & voluntatem, si admittantur, inficere. De his in Psalmo legitur: Misit in eos irā indignationis suæ, & indignationem, & iram, & tribulationem: immisiones per Angelos malos.] Et Ioannes ait: Cūm Diabolus iam misisset in cor, vt traderet eum Iudas Simonis Iscariotes. Cogitationes à nobis ipsis manātes sunt, quas natura nostra corrupta, & suum semper commodū querens, & illud virtuti & puritati præponens, excuscat. De quibus ait Dominus: De corde exeunt

A cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemia.] Et rursus: Quid cogitatis mala in cordibus vestris:] Et sanè difficile est originēs huius duplicis cogitationis discernere, quoniam vitæque ad malum prouocant, & similes habent effectus. Vnde Bernardus ait: Quis ita vigil, & diligens obseruator motionum internarum suarum, siue in se, siue ex se factarum, vt liquidò ab queque illicita sensu cordis sui discernat inter morbum mētis, & mortuum serpēis: Ego nulli hoc mortuum possibile purò, nisi qui illuminatus à Spiritu sancto speciale accepit donū, quod Apostolus inter cætera charismata, quæ enumerat, nomina discretionem spirituum.] At licet ignotū sit nobis, an cogitationes ad malum incitantes, à nobis, an à Dæmone exortantur, notum tamen & compertum est, eas omnes esse reijciendas eo ipso, quod ad malum infligant. Cogitationes denique à Deo procedentes sūt, quæcumque ad bonum impellunt, ad sanctitatem, & puritatem nos excitant, & mētem nostrā pace quadam cœlitus immissa tranquillat. Atque harum meminit Dauid dicens: Audiam quid loquatur in me Dominus Deus, quoniam loquetur pacem in plebe suam.] Et eas expectabat Samuel, dum ait ad Dominum: Loquere Domine, quia audit seruus tuus.] Et Dominus ipse à se manare nō negat, qui ait: Ego sapientia habito in consilio, & eruditus inter sum cogitationibus.] Neque enim Deus illas approbaret, quas nō à se prodire cognosceret. Paulus quoque ait: Non quod sufficētes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est.] Bernardus quidem pulchrè has omnes Deo cogitationes ascribit: Sunt quædam verba, inquit, Verbi sponi ad nos, nostræ meditationes de ipso & eius gloria, elegantia, potentia, maiestate. Non solum autem sed & cūm auida mente versamus testimonia eius, & iudicia oris eius, & in lege meditatur die ac nocte: Sciamus pro certo adesse sponsum, atque alloqui nos: vt

Matt. 9

Bern. ser. 32. in Cant.

1. Cor. 12

Psal. 84.

1. Reg. 3. v. 8.

2. Cor. 4.

Bern. ser. 32. in Cant.

Vide D. Tho. 1. p. 9. 111. ar. 3.

Psa. 77.

Ioan. 13.

Matt. 15.

non

non fatigemur laboribus, sermonibus delectari. Tu ergo cum tibi aliqua talia volui animo sentis, non tuam putes cogitationem, sed illum agnosce loquentem, qui apud Prophetam dicit: Ego qui loquor iustitiam.] Et infra: Itaque pacem, pietatem, iustitiam Deus in nobis loquitur, nec talia nos cogitamus ex nobis, sed in nobis audimus.] Omnes ergo cogitationes ad bonum monentes, ad mortificationem, ad virtutem, ad puritatem incitantes, sciamus à Deo progredi, & ab omnium bonorum principio variis modis, & instrumentis, de quibus alibi dicemus, immitti.

Has à Deo immittas cogitationes, diuinas inspirationes vocamus, quod illis Dominus in cordibus nostris desideria virtutis excitat, & ad varias boni actiones instiget. Quas attentè audire debet, & diligenter opere complere, nec illis vilo modo reluctari, quicumque vult spiritu proficere, & ad perfectionem peruenire. Hæ inspirationes sunt quæ nos bona & sancta loqui iubent; hæ, quæ bonum in omnibus exemplum dare præcipiunt; hæ, quæ nunc mortificationis opera, nunc diuersarum virtutum studia, nunc, gratia animarum subire labores, nunc orationis & contemplationis exercitia dicant. Et quem admodum pædagogus, cui principis cura demandata est, paulatim illum de omnibus docet, quousque in his, quæ ad principem pertinent, & filium regis, & hæredem regni decent, illum erudit: ita Dominus non solum per Scripturas, & per externam prædicationem, sed etiam per internas inspirationes, dictis Ecclesiæ conformes, iustos erudit, vt eos ad vitæ puritatem promoueat: nisi quod est magnum pædagogi: Dominique discrimen: nam ille docet quidem puerum, sed illi vires ad agenda, quæ docet, minimè subministrat: Dominus verò & intellectum docet, & voluntatem inflamat, & gratiæ vires ad operandum attribuit. Qui vult ergo in virtute crescere, & ea quæ sūt principis, id est, viri perfecti, perdiscere, has Domini allocutiones audiat, illis obediat, & cum à Domino eas esse confiterit (quod per Scripturas sanctas, per doctrinam Ecclesiæ, & per consilium maiorum & prælatorum agnoscat) illis acquiescere nequaquam desinat. Nec casu dixi, ex quibus hæ internæ Domini allocutiones possunt agnosci, quoniam fuerunt proximo sæculo homines impurissimi, & à generis humani aduersario decepti, qui omnem internum motum, Spiritus sancti impulsu esse dicebāt, & eo semetipsos tamquam virtutis regulæ gubernabant. Sed abie à nobis tam perniciosus error, & tam stulta fatuitas qui in Paulo legimus: Quoniã & ipse Satanas transfiguratur se in Angelum lucis:] Et Ioannes ait: Charissimi, nolite omni spiritui credere, sed probatè spiritus, si ex Deo sint.] Nihil autem probandum, aut discernendum esset, si omnis interior impulsus à Deo procederet, cum sine vlla hæsitacione, aut timore periculi, deberemus submitti. Nò igitur omnes interni impulsus ex Deo sunt, sed aliquos (vt diximus) Diabolus, alios natura nostra progignit. Aliqui tamen à Deo nos interiori vocante, & inuitante procedunt, quos eius esse coniecimus, si sacra Scripturæ, & Ecclesiæ doctrinæ, & prælatorum iussis conformes, & nostro statui, nostrisque obligationibus non incongruus cognoscamus. His tum gratos, tum obediētes nos exhibeamus, æquum est: ita vt cum nos Dominus ad mortificationem oculorum, aurium, aut linguæ, aut alicuius passionis vocauerit, cum ad exercitium humilitatis, fraternæ charitatis, aut alterius virtutis inuitauerit: cum ad aliquod bonum opus externum, aut ad orationem, & secreta cum ipso colloquia interiori impulerit, eius quod à

Isaia 53.

2. Cor. 11.
3. Ioan. 2.

A nobis exigitur, diligens operatio sit fidelis nostra responsio.

Diuinis ergo inspirationibus obedire, efficacissimum medium accipiendæ perfectionis est, quoniã illa suprema maiestas, cuius natura est sanctitas, cuius Verbum est ipsa sapientia, nò vana & inania nobis loquitur, (quis enim hoc de Deo credit) sed quæ sua puritate, ac maiestate sint digna, & quæ nostræ emendationi proficiant. Inspiratione sua vult vitia nostra prosternere, & duritiam mentis nostræ confringere: in cuius signum lapis abscissus sine manibus statuum illam ex variis metallis factam comminuit, & ferrum, testam, æs, argentum, aurumque contriuit.] Quid enim nunc statua, nisi mentis nostræ duritiam, quid lutum & varia metalla, nisi diuersa vitia, quid lapis abscissus sine manibus, nisi diuinam inspirationem designat: Hæc statua percute, & metalla, ac testam conterit, cum in nobis diuinæ iussioni respondentibus, & cooperantibus gratiæ Dei, quidquid est vitiosum, & prauum extinguit. Quod mysterium Richardus Victorinus in hac historia statuarum contemplatus est. Sic enim ait: In huiusmodi ferreis, & obduratis mētibus: melius operatur Deus inspiratione, quàm percussione, corrigunturque: sæpe interna illustratione, quæ nò possunt flagella corrigere. Percussit inquit, filios vestros, & nò doluerunt, reuerūt suscipere disciplinam.] Sed cum multò sit leuius apud nos dicere quàm facere, sæpe tamē in his etiã mentibus, in quibus videtur percussis manus operæ defecisse; operatur quidem miro & incomprehensibili modo interno suo verbo, vel sibilo. Verbum inquit, quod egredietur de ore meo, nò redibit ad me vacuum, sed faciet quæcumque volui, & prosperabitur in his, ad quæ misi illud. Sic & Spiritus sanctus, ubi vult, spirat.] Verbo enim Domini cœli firmitati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum.] Lapis itaque sine manibus abscissus, timor Domini diuinitus inspiratus: in ictu huius lapidis statua deiicitur, & monstruosum opus destruitur.] O quantæ utilitatis est diuinæ inspirationi parere, quæ duritiã nostram emollit, & emollitos Deo subiicit, & ficta altitudine vitiorum nos liberat. Nec solum diuinæ inspirationis suscepta malum pellit, sed & multitudinē celestium donorum in nobis infundit. Nam dum Deo interiori loquenti, & diuersarum virtutum studia præcipienti obedimus, sedem in nobis virtutibus & donis supernis præparamus. Radix mea, inquit Iob, aperta est secus aquas, & ros morabitur in messione mea.] Gloria mea sèper innouabitur, & arcus meus in manu mea instaurabitur.] Radix nostra cor nostrum est, à quo sicut à radice vita procedit: quod tunc secus aquas aperimus, cum diuinæ inspirationi recipiendæ subijcimus. Tunc autè ros moratur in messione nostra, id est, in iactis actionibus nostris, quæ rore, nimirum superna gratiæ desuper cadente, crescunt, & ad perfectionis maturitatem perueniunt: Tunc pulchritudo mētis nostræ augetur, & fortitudo succreuit, quia Dominus sibi obedientibus, & sua alloquia recipientibus largam benedictionem immittit. Bonum est itaque audire Deum, & non tantum eius præceptis omnibus in cōmune propositis, sed etiã specialibus inspirationibus obedire, quæ custodit nos malis liberant, & bonis cumulant, & ad ampliora bona recipienda disponunt.

Sed non prætermittamus verba Bernardi, hæc quæ diximus confirmantia, quæ profectò vberimè explicant, quanta sit diuinarum inspirationum susceptorum utilitas. Vtinam, inquit, & mihi aperiat aurem Dominus, intret ad cor meum sermo veritatis, mundet oculum, & lætæ præparet visioni, vt dicam

Dan. 2.

Richard.
lib. 1. de
erudit.
interioris
hominis.
c. 27.
Ierem. 5.

Isaia 55.

Ioan. 3.
Psal. 32.

Iob. 29.

Bern. ser.
8. in Cât.

Deo

Psal. 9.
Ioan. 15.

Luc. 11.

Deut. 6.

1. Reg. 3.

Psal. 84.

Psal. 44.

Psal. 47.

Gen. 3.

Psal. 118.

Gen. 27.

Rom. 10.

Iob. 6.

Deo etiam ipse: Præparationem cordis mei audivit auris tua.] Vt audiam à Deo etiam ipse cum cæteris obedientibus: Et vos mundi estis, propter sermonem quem locutus sum vobis.] Nec omnes mundantur, qui audiunt, sed qui obediunt. Beati, qui audiunt Verbum Dei & custodiunt illud.] Talem requirit audicum, qui mandat dicens: Audi Israël.] Talem offert, qui ait: Loquere Domine, quia audit servus tuus.] Talem spondet, qui dicit: Audiam, quid loquatur in me Dominus Deus.] Et vt scias etiam Spiritum sanctum hunc in anima spirituali profectu ordinem observare, vt videlicet prius formet auditum, quàm latificet visum: Audi, inquit filia, & vide.] Quid intendis oculum? Aurem para. Videre desideras Christum? Oportet te prius audire illum, audire de eo, vt dicas, cum videris: Sicut audiimus, sic vidimus.] Immensa claritas, visus angustus, & non potes ad eam. Potes auditum, sed non aspectum: Clamantem denique Deum, Adam vbi es?] Non videbam iam peccator, audivam tamen: sed auditus, aspectum restituet, si pius, si vigil, si fidelis præcesserit. Fides purgabit, quem turbabit impietas. Et quem inobedientia clausit, aperiet obedientia. Denique à mandatis tuis intellexit, inquit, quòd intellectum reddat observatio mandatorum, quem tulit transgressio. Aduerte adhuc in sancto Isaac, quomodo præ cæteris sensibus auditus in tam sene viguerit. Caligant oculi Patriarchæ, palatum seducitur, fallitur manus, non fallitur auris. Quid mirum si auris percipit veritatem, cum fides ex auditu, auditus per verbum Dei,] verbum Dei veritas sit? Ista omnia bona infert auditio Dei, auditio, inquam illa, qua mente audimus loquentem Deum, & opere, quod iubet, solerter exequimur. Primò intellectum ignatum, & cæcutientem erudit tali doctrina, tali lumine, quod si velimus, desideria excitat, voluntatem moueat, & cor gelidum ac penè extinctum inflammet. Deinde ad opus excitat, ad bellum contra Domini hostes, id est, contra vicia, & vniuersos affectus inordinatos pronocat, & ad diripiendas virtutum exuias, & spolia donorum inuitat. Tandem mundiciem, & mentis sanctitatem importat. Si tam eximia bona, ex diuina inspiratione suscepta, nobis accedunt, meritò timet sanctus Iob à Dei impulsu obediuntione deficere. Et propterea ait: Quis det, vt veniat petitio mea, & quod expecto, tribuat mihi Deus? Et qui cepit, ipse me conterat: soluat manum suam, & succidat me? Et hæc mihi sit consolatio, vt affligens me dolore, non parcat, nec contradicam sermonibus sancti.] Mirabilis imprecatio, sed quæ omnino eligenda, & querenda sit, ne sermones Domini contemnamus. Quænam est petitio tua, & quæ est expectatio tua, o sancte vir? An fortè, vt non contradicas sermonibus sancti, & vt vocè eius semper aucultes, & quod præceperit, exequaris? ita sancte, hæc est petitio mea, hæc expectatio mea, à qua ne excidam, & ne aures meas Dei verbis obturem, vellem vt in me omne vitiosum, & impurum contereret, & soluta manu potentia, & misericordia sua, ab omni me affectu terrenorum excideret, & abnegationis doloribus increparet. Hæc cupimus, vt rectè obediamus Deo, quia necesse est ad hanc obedientiam tenendam nos ipsos sæpe, non sine gratia præueniente, contere, & ab omni rerum creatarum amore succidere, quod diuina inspiratio ceptum tepetens, auget, & promouet, & ad debitam perfectionem perducit.

Iam si diuinae inspirationes audit & vitiorum nostrorum sunt inimicæ, & bonorum operum ac om-

nium virtutum, & sanctitatis origines, facile erit intelligere, obedientiam, qua illis paremus, nobis felicitatis ianuam aperire. Adeo vt sicut Adam audiens vocem coniugis suæ æternam maledictionem mercatus est, cui dictum fuit: Quia audisti vocem vxoris tuæ, maledicta terra in opere tuo:] ita è contrario nos audientes non vocem carnis, sed vocem creatoris nostri Dei benedictionem acquiramus, & vitam perpetuam mereamur. Quod & vtriusque testamèti pagina euidèter ostendunt, dum diuinorum verborum auditores, & obseruatores beatos appellant. Nam & increata sapientia per Salomonem ait: Nunc ergo filij audite. Beati qui custodiunt vias meas.] Et beatus homo, qui audit me, & vigilat ad fores meas quotidie, & obseruat ad postes ostij mei.] Ac iterum: Beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.] Vnde, quod Ioannes de sua visione ait: Beatus, qui legit, & audit verba prophetiæ huius, & seruat ea, quæ in ea scripta sunt,] de omni Dei verbo, siue exteriùs per Scripturam, aut Ecclesiæ doctrinâ proposito, siue interiùs inspirato potest intelligi, quòd quicumque illud audiuerit, operèque seruauerit, æternum præmium promeretur. Paulus quidem ita testatur est, dicens: In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ: non solum autem mihi, sed & iis, qui diligunt aduentum eius.] Quinam sunt isti diligentes aduentum Domini, quibus corona iustitiæ promissa est? Certè non illi soli intelligendi sunt, qui præcinctos lumbos habètes, & lucernas in manibus tenentes, nouissimum Christi aduentum, quo vêturus est iudicare viuos, & mortuos, ardentè expectant. Non illi soli, qui de bona operatione sibi consciij expectat agonothetam daturû sibi æterna præmia meritorum. Non illi soli, qui digna luce & gaudio facientes, diligunt accessum eius, qui operibus lucis delectatus ea bonis numquã perituris cumulabit. Sed & illi intelligendi sunt, qui aduentum Domini inuisibilem amant, quod ad mentes hominum magister, & Dominus venit, & perfectionis opera, & digna suæ legis studia, impulsibus internis imperat, atque præscribit. Cuius sensus magnus Cassianus asserit: est: qui hunc eundem Pauli locum interpretans, ait: Non illum tantum aduentum, quo etiam nolentibus apparebit, sed etiã hunc qui quotidie in sanctis commeat animabus.] Quæ itaque ex diuinis inspirationibus auditis maior utilitas, aut peti, aut desiderari potest, quàm vt huius vitæ, & futuræ bona ad nos afferant, & vt fidei Dei seruos in cælestes mansiones inuehant? Bona certè huius vitæ animæ puritas, atque tranquillitas, vitiorum extirpatio, & virtutû acquisitio, & cælestia dona sunt. Bona verò futuræ vitæ sunt visio, & possessio Dei, gaudium, & claritas, & omnium bonorû cumulus, qui iustis paratus esse fide conspicitur. Hæc autem omnia bona obedientia diuinis inspirationibus affert, quia & nos à malis abstrahit, & ad omne bonum ducit, & præmio iustis parato dignos reddit. Nam Deus nihil à nobis petit, quod non concordiam cum Ecclesiâ, & dictis Sanctorum sapiat, quod non aliorû ædificationem præferat, quod nõ sanctitatem, munditiemque redoleat. Subiice igitur te, anima mea, impulsibus Dei, & ne dicas amico tuo, vade, & reuertere, cû statim possis dare.] Ne inquam, obfurdescas, & obedire differas de die in diem. Si enim Dominum loquentem, & te inuitantem non audis, vt ab illo non exaudiaris, dum oras, periculû subis. Quare Gregorius ait: Diffidit mens, se accipere posse in oratione, quod appetit, quæ reminiscitur nolle se adhuc facere, quod diuinitus audiuit. Dignû est enim, vt ab eius beneficiis sit extraneus, cuius iussionibus non vult esse

Genes. 3.

Prou. 8.

Luc. 11.

Apo. 1.

2. ad Tim. 4.

Cassian. lib. 5. inf. c. 17.

Prou. 3.

Greg. 10. mor. 17.



esse subiectus. Qui audiri vult, audiat: qui non debita cupit recipere, non solum in rebus preceptis, sed etiam in aliis, si a Deo interius postulentur, obediat: quia multum impetrat, qui se ad implendas diuinas inspirationes inclinatur.

Nec solum in audiendis & custodiendis Dei inspirationibus maximum bonum est, sed etiam in illis contemnendis maximum malum. Quod sane simpliciter dictum verum esse intelligitur. Quid enim noxius, quam Deo vocanti surdas aures prebere: quid inuerecundus, quam vniuersorum Domini dicta contemere? Quid intolerabilius, quam Deo docente, ignorantiam fingere, & ac si nihil audissemus, dissimulare? Audi periculum eius, qui Dei impulsibus cum ad bonum hortantibus, non obedit: Pro eo quod proiecisti sermonem Domini, proiecit te Dominus, ne sis Rex super Israel. Merito, quoniam qui a Dei obedientia se subtrahit, voluntatis propriae, & omnium vitiorum se seruituti subter nit. Audi ignominiam: Nubes, & ventus, & pluuia non sequentes, vir gloriosus, & promissa non complens. Sicut enim nubes, & venti pluiam, ita impulsus Dei nos ad bonum opus vocans, & roborans bonum fructum promittit. Et quemadmodum pluuia non sequens nubes & ventos, homines fallit; ita vir speciem pietatis habens, qui non accepta inspirationi respondit, seipsum, non prestando quod deberet prestare, decipit. Audi inquietudinem. Sapiens corde est, & potens robore; quis resistit ei, & pacem habuit? Certe nemo: nam sicut pacem non habet seruus, qui iussis heri reluctatur; ita nec homo, qui inspirationibus Dei sapientis, & fortis resistit. Audi denique dignam ultionem. Vae prouocatrix, & redempta ciuitas, columba. Quare o Propheta Sancte? Non audiuit, inquit, vocem, & non suscepit disciplinam: in Domino non est confisa, ad Deum suum non appropinquauit. Anima sanguine Christi agni immaculati redempta, eum, a quo liberata est, ad iram prouocat, & se in malum suum, non habere serpentis astutiam, sed stoliditatem columbae demonstrat. In quo? In eo scilicet, quod vocem Domini illam ad perfectionis opera vocantis non audiuit: quod difficultate experiens, non in ipso confidit: quod ut vincat impedimenta, nequaquam ad eum oratione recurrit. In hoc indignationem sui creatoris prouocat, & stultitiam cordi habere illigatam ostendit. Quare vae illi, id est, magnum malum, & ingens vindicta illi parata est. Quae est autem ista vindicta? Illa quidem quod Dominus, si suam vocem, ac inspirationem contemni videat, paulatim tacet, & sensim a postulandis operibus perfectionis se subtrahit, & miseram animam in sua segnitie, & tepore derelinquit. De qua poena illud Osee intelligendum est: Veruntamen vnusquisque non iudicet, & non arguatur vir: populus enim tuus sicut hi, qui contradicunt sacerdoti. Ac si dixisset. Curauimus Babylonem, & non est sanata; derelinquamus eam. Vocauimus istam animam, & praelatorum vocibus, institutorum clamoribus, sodalium exemplis, & internis impulsibus eam a somno teporis suscitare curauimus, & nihil proficimus, nulla a nobis, aut saltem remissa tantum inspiratio descendat. quae eam ob suam ipsius culpam efficaciter non reprehendat, nec arguat, nec ad emendationem adducat. Relinquatur in sua inuerecundia, & procacitate, & haec ignominia semper illi tribuatur, quod contradicit mihi Deo suo; quod profecto in infinitum peius est, quam si discipulus, qui hodie coepit discere, suo magistro contradiceret, aut imperita plebs sapientissimo sacerdoti. Rogo te,

1. Reg. 15.

Prov. 25.

Iob. 9.

sophonia 3.

Osea 4.

Ierem. 51.

A quisquis haec legis, ea attentè meditare, & si aliquando diuinis inspirationibus te ad aliquid perfectionis vocantibus obsurduisti, videbis eas a te paulatim fuisse sublatas, & tuam duritiem hac poena seuerissima fuisse multatam. Quapropter cura placare Dominum, & magnis gemitibus orabis, dicens, Loquere iterum Domine, & audiet seruus tuus. Imo tu ipse qui boni cognitionem, & desiderium infandis, da vt ego audiam, & tuis hortationibus me obsequentissimum praebam.

Intenti igitur sumus voci Dei, & cum eius esse internam vocem coniectamur (quod ex doctrina Ecclesiae, ex scriptis virorum spiritualium, & ex magistro spirituali discemus (ei diligentissimè obediētes sumus. Ipse Dominus gloriae est, qui vires nostras interius mouet, vt bonum sciamus, velimus, & operemur. Ipse profecto (vt ait pulchre Bernardus) monet, & mouet, & docet: Monet memoriam, rationem docet, mouet voluntatem. In his enim tribus tota consistit anima. Memoria suggerit bona in cogitationibus sanctis, atque ita ignauiam nostram, torporēque repellit. Propterea quoties huiusmodi suggestionem boni senseris in corde tuo, da honorem Deo, & age reuerentiam Spiritui sancto, cuius vox sonat in auribus tuis. Ipse namque est; qui loquitur iustitiam. Et in Euangelio habes, quia ille suggeret vobis omnia, quaecumque dixerō vobis. Et aduerte quid praemiserit: Ille docebit vos omnia. Dixeram enim quia docet rationem. Multi si quidem monentur, vt beneficiant, sed minimè sciunt, quid agendum sit, nisi adstet denuò gratia Spiritus sancti, vt quam inspirat cogitationem, doceat in opus proferre, ne vacua in nobis sit gratia Dei. Sed quid? Scienti bonum, & non facienti peccatum est illi gratia. Propterea non solum moneri, & doceri, verum etiam moueri, & affici ad bonum necesse est, ab eo utique spiritu, qui adiuvat infirmitatem nostram, & per quem in cordibus nostris diffunditur charitas, quae est bona voluntas. Itaque cum sic adueniens spiritus totam possederit animam suggerendo, instruendo, afficiendo, loquens semper in cogitationibus nostris, vt audiamus & nos, quid loquatur in nobis Dominus Deus, rationem illuminans, voluntatem inflammans, non tibi videtur, quia totam domum impleuerint dispersita linguae tamquam ignis? Si Dominus est, qui venit, si spiritus eius est, qui loquitur, si Deus ipse annūciat homini eloquium suum: praeparare, o anima, in occursum Dei tui Israel. Quia ecce formans montes & creans ventum. Praeparate ipsam in occursum eius, & consilium Noemi quoniam nunc suam erudiuit, libenter suscipito. Booz, inquit, hac nocte aream hordei ventilat. Lauare igitur, & vngere, & induere cultioribus vestimentis; In hac mortalitatis nocte Dominus aream suam, quae tu ipsa es, ventilabro inspirationis purgare, & mundare decreuit. Responde inspirationi, & ita munda beris, & vnguento spiritualis consolationis vngueris, & virtutum indumentis vestieris. Si te ad diuinum impulsus suscipiendum paraueris, confide, quia Domino faciente) ad desideratam sanctitatem peruenies. Ipse namque montes creauit, & ex vita abiectione tamquam ex nihilo, sanctos eduxit, & homines peccatores ad magnam sanctitatem euexit. Ipse etiam format ventum, & confert dona spiritus sui, quae te illuminent, & roborent, & Deo (in quo perfectio est) perfecte subiiciant. Dic illi cum Propheta: Pasce populum tuum in virga tua, gregem hereditatis tuae. Et cum te secretis illustrationibus, & internis monitionibus pasci, & regi senseris, cū lega-

B

C

D

E

Bern. ser. 1. pens.

Ioan. 14.

Iacob. 4.

Amos. 4.

Ruth. 3.

Michea 7.



tum ad te missum, id est, internum impulsus audieris, cum virga pastoritia, hoc est, arcana increpatione te percussus esse cognoveris, ne contradicias gubernanti, & pasceri te, sed sequere illum, & regi, ac duci te finito, ut hic ad veram iustitiam, & in futuro ad æterna pascua tandem admittaris.

Quòd religiosus bona opera strenuè faciat.

CAPVT XXXI.



X his, quæ in superiori capite diximus, liquet, obediendum esse voci Dei, siue ea per Scripturam diuinam, siue per traditionem maiorum, siue per sermonem prælatorum, siue per internam nobis inspirationem constiterit. Cui voci nequam perfectè obedimus, si bona quæ Dominus præcipit, aut à nobis poscit, tepidè & remisse faciamus. Deus enim magnus est: Dominus, quin & ipsa magnitudo, atque maiestas, qui vult quod principes volunt, scilicet diligentissimis obsequiis deliniti, & perfectis virtutis actionibus honorari. Vnde & substantiam operis mandat, & modum etiam operis dicit: ita scilicet ut bonum quod facimus, gnauiter strenuèque præstemus. Qui cupit ergo Deo per omnia placere, & aliquam mentis puritatem assequi, non putet instrumentum huius puritatis esse, sine vilo ordine, aut modo multitudini operum bonorum insistere, sed bene & diligenter bonis operibus suæ vocationi & suis viribus congruentibus occupari. Sicut enim non est ille optimus pictor (ut simili Nazianzeni vtar, ad aliud propositum adducto,) qui multiplices, & egregios colores frustra miscet, & veluti pratum in tabula depictum ostendit, sed qui veras, & pulcherrimas formas penicillo delineat: ita non est perfectus Dei seruus, qui multitudine bonorum operum vtrumque factorum suam vitam format, sed qui pulcherrimis, & perfectis operibus, siue illæ plura sint, siue pauciora seipsum honestat. Numquam optimum scriptorem dicimus, qui multa scribit, neque optimum oratorem qui multa loquitur, sed ille optimus scriptor habendus est, qui iuxta propositam materiam doctè, prudenter, & eruditè scribit, & ille perfectus orator, qui selectissimis verbis, & sententiis dicit, & rationum pondere, ac efficacitate dicendi, quod intendit, persuadet. Si in his, & in omnibus artibus non bonum facere, sed bene & pulchrè facere artificem perfectum constituit, idem de studio virtutis sentiendum est, ut quemque perfectum, ac sanctum faciat, non orare, aut obedire, aut aliquid quodpiam bonum facere, sed feruenter orare, deuotè obedire, & quicquid bonum est, solerter, & diligenter operari. Faciat sutor calceos, qui nec pedes eius, in cuius gratiam facti sunt, capiant, nec formam calceorum habeant, omnes ridemus, & qui pecuniam pro illis obtulit, indignatur. At calcei sunt: Non inficior, sed perperam, & non ad vsum pedum operiendorum compacti. Ita frater, Dæmones rident orationem tuam, rident obedientiam tuam, rident psalmodiam, & mortificationem tuam, & Dominus cui ista offers, indignatur, quia omnia tepida, distracta, & quali per consuetudinem facta sunt, & stercore innumerabilem imperfectionum perfectio infecta. De quibus ait Ieremias: Viderunt eam hostes, & deriserunt Sabbata eius. Hæc enim opera (quod ad

Greg.
Nazianz.
orat. de
vita diffi-
rensi.

Iheremo. i.

A suam substantiam attinet) Sabbata sunt, quibus homo ab operibus feruilibus, scilicet à peccatis vocat, in virtute tamquam in sancto otio requiescit, sed Dæmones hæc Sabbata rident, quia illis mēs nostra non proficit, nec suam virtutem auget, imò potius tepiditatis morbo languescit. Quòd verò his hostiis ac sacrificiis Dominus indignetur, audi Malachiam dicentem: Si offeratis cæcum ad immolandum, nonne malum est? & si offeratis claudum, & languidum, nonne malum est? offer illud duci tuo, si placuerit ei, aut si susceperit faciem tuam, dicit Dominus exercituum. Cæca est bona operatio, quam non oculi rectæ & puræ intentionis dirigunt: Claudum est opus, quod non humilitas, & propria diffidentia sustentat: B Languidum est virtutis sacrificium, quod irreuerentia, segnitie, superbia, aut alio quopiam defectu fedatum est. Si hæc offerantur Ecclesiarum principi, ait Hieronymus, aut cuiilibet erudito, sapientique doctore, nonne repudiabuntur, & in contumeliam eius recident, qui talia est ausus offerre: quanto magis Dominus repudiabit, qui sanctior est, & qui plenius inuerecundiam nostram agnoscit?

Malach. i.

Hiero. ad
c. i. Ma-
lachia.

Detrimta igitur bonorum operum tepidè & remisse factorum numeremus. Primum: Deum non placant. Secundum: Angelorum, & Sanctorum iram merentur. Tertium: Dæmones ad risum & contemptum prouocant. Quartum: Minimè ipsum operantem perficiunt: Quintum: Maiorem in dies difficultatem assequendæ perfectionis inducunt. Sextum: C Tempus ferè sine fructu consumunt. Deum quidem bona opera malè & segniter facta non placant, qui suæ maiestatis contemptum ducit, cultu tam irreuerenti, ac tepido à suis seruis honorari. Quem cum nausea & indignatione repellit, dicens: Calendas vestras, & solemnitates vestras, odiuit anima mea, facta sunt mihi molesta, laboravi sustinens. Bonis quippe operibus quasi solemnitatem celebramus, & Deo primos, hoc est, præcipuos dies nostræ peregrinationis offerimus. Sed istos dies, & ista solemnia Dominus reicit, cum ea segnia, & imperfectionum plena animus irreuerentia sordens emittit. Deinde angelos & sanctos ad iram incitant. Quoniam illi Dei famuli purissimi, qui tanta cura ei seruiunt, tanto tremore famulantur, non possunt non indignissimi putare, quòd homines tantis ei defectibus obsequantur, ac si non Deo, sed homini abiecto seruiant. Præterea Dæmones ad risum prouocant. Nam (ut Hermæ similitudinem afferamus) quemadmodum si quidam peracta vindemia quasdam amphoras multo repletet, alias verò semiplenas relinqueret, illis quidem prætermisissis istas tantum anxius visiteret, quatum vinum posset corruptionem cōtraxisse: Ita Dæmon non visitat plenos, & perfectos viros, sed semiplenos, illos nempe, qui substantiam quidem bonorum operum habent, sed modum debitum, id est, intentionis rectitudinem, & feruorem in operando non retinent. Hos, inquam, querit, ut non de eorum detrimento doleat, sed ut eos feruore vacuos veluti vino corrupto occupatos irrideat. Hæc etiam opera segniter facta operantem non perficiunt. Quoniam virtutum habitus tepidis, & remissis actionibus non augentur (ut non sola philosophica disciplina, sed etiā experientia clamat) sed saltem contrariis crescentibus eorum vigor minuitur, & ad interitum disponuntur. Quod & Salomō fateretur, dicens: Egestatem operata est manus remissa; manus autem fortium diuitias parat. Et rursus: Manus fortiam dominabitur, quæ autem remissa est, tributis seruiet. Quoniam modo manus remissa, & negligens egestatem incurrit, & in seruitutem se redi-

git,

Hermas.
Pastor. 5.
ad finem.

Preu. 10.

Preu. 12.

git, nisi quia ipsa operandi negligentia, & assiduitate remissè viuendi, dum vitia ex tepeditate venientia fouet, bonos mores prius acquisitos attendat? Et quæ antea virtutibus sulca dominabatur, nunc vinculis focordiae, ligata virtute, hostibus suis, scilicet vitiis subiicitur. Hinc autem oritur, vt tepida opera difficultatem acquirendæ perfectionis inuehant: quia ipsa consuetudo tepide orandi, distractè meditando, & irreuerenter pfallendi, non habitum virtutis promouet, sed habitum tepiditatis, distractionis, & irreuerentiæ progignit, (& idem de aliis operibus segniter factis esto iudicium.) Isti verò habitus in corde radicari ipsum deprimunt, & vinciunt, ne ad opera feruida atque perfecta volare possit. Denique opera ista tempus sine fructu consumunt. Vt enim Bonauentura ait: Dies, vel hora, quæ negligenter officia pertransierit, nequaquam ulterius poterit reuocari, cum temporis sequentis officium, suam nihilominus diligentiam & deuotionem requirat.] Et profectò vel hæc sola cõsideratio deberet nos ad magnam diligentiam excitare, quòd opus semel tepide factum vlllo tempore recuperare non possumus. Si enim exempli gratia aliquam ex canonicis horis segniter, distractè, & festinanter pronunciaſti, & eam scrupulis agitatus repetas, nequaquam tempus in ea recitanda infumptum recuperas. Quoniã presens tempus, in quo illam orationem repetis, suam actionem bonam habebat (nisi otiosus viuas) cui illud debuisses tribuere.

S. Bonauentura in speculo. 2. p. principia. c. 1.

Ista omnia detrimenta vna virtute diligentie vincuntur, quare enitendum est, vt omnia bona opera diligenter, & strenuè excutiantur. Sed quæ feruorem in bonis actionibus nobis immittent, & ad istam diligentiam excitabunt: Certè ista quæ sequuntur. Primò, ò serue Dei, tuas vires attende, & mensuram gratiæ tibi diuinitus oblatam attentè cõsidera, & non, aut maiora, aut plura virtutum opera aggrediaris, quam commodè possis sustinere. Opera quidem vel diuinis præceptis iusta, vel sanctis religionum institutis ordinata, non multa admodum sunt, & quæ non possint à quoquam sine multo labore præstari. His verò tu non adicias, nisi quæ commodè, & cum mentis tranquillitate valeas exerce-re. Est enim dolus aduersarij nostri, spirituales viros ad multa, aut religionis, aut pietatis opera supra vires ipsorum mouere, non quia ipsi curæ sit, vt bonum faciant, sed vt tot occupationibus onerati, omnia malè & tepide, & festinanter perficiant. His igitur tantum inſiſte, quæ possis perfectè præstare, & eas, verbi gratia, horas in meditationem, aut contemplationè impende, eas vocales orationes recita, eam corporis asperitatem admitte, id temporis lectioni, aut studio sacræ Scripturæ concede, quod te nõ turbet, nec nimis oneret, nec in aliquo virtutis studio festinare compellat, reliqua si præcepta, aut debita non sint, confidenter omitte. Postquã verò ista diligenter cõsideraueris, intentissimis & assiduis precibus à Deo postula (qui fons est omnium bonorũ) vt te sedulum, & diligentem suum seruum faciat, & viam ac rationem, qua ei perfectè placeas, edoceat. Dic frequenter in corde tuo: Vias tuas Domine demonstra mihi, & semitas tuas edoce me:] & nomine viarum, quæ latiores sunt, bona opera, quibus ad Deum itur; nomine verò semitarum, quæ sunt angustiores, feruorem, & diligentiam, & bene operandi modum intellige. Hæc duo itaque iugiter postula, quia bonum opus sine bono modo factum, & focordiae, ac irreuerentiæ vitijs affectum, non sufficit ad mundandam tuam mentem, nec ad perfectionem, quam cupis, assequendam. Item: ne sis mo-

Psalm. 14.

A rosus in bonis operibus, nec differas de hora in horam, & de tempore in tempus, ne incommoditate constrictus, in oratione, aut in aliis festinare compellaris. Qui enim sanctas actiones procrastinant, aut de hac hora, in qua deberent fieri, in aliam differunt, similes sunt sceminis, difficiles partus habentibus, quæ & cum maiori dolore, & periculo pariunt, & aut emortuos, aut mutilos factus emittunt. Sic isti bona orandi, aut meditando transacta, periculo se omittendæ orationis exponunt, & cum repugnantia se colligunt, & orationem aridam, tepidam, & distractam profundunt. At animæ perfectæ, aut ad perfectionem currentes, similes sunt mulieribus Hebræis, de quibus in Exodo dicitur: Non sunt Hebrææ, sicut Ægyptiæ mulieres, ipsæ enim obſterricandi habent sciẽtiã, & prius quam veniamus ad eas, pariunt.] Eo quòd animæ iustorum, vt inquit Ambrosius, non expectent artes, & disciplinas propter inuentionum genera, nec requirant ad iumenta generandi, sed sponte partus suos fundat, expectationemque præueniant.] Vnaquaque igitur bona actio suam horam, aut suum tempus habeat, in quo commodè, & sine molestia fieri possit, & numquã extra illud destinatum tempus illam reicias, nec sine vrgenti causa (vt postea dicemus) ordinem tuæ exercitationis prætermittas, si cupis bona opera diligenter facere, & aliis occurrentibus occupationibus non impediti, sed temporis commo-ditate iuari.

Exod. 5.

Ambrosius de fuga sacculi. c. 8.

Cum verò aliquod opus bonum aggredieris, etiã si minimum aut leuissimum videatur, illud magni momenti, & apud Deum magni valoris esse memento: qua meditatione formatus, opus occurrens nõ perfunctoriè, non quasi aliud agens, sed quietè, attentè, & deuotè incipies, continuabis, atque perficies. Ita Dei obsequia respiciebat Beatus Bernardus, de quo legimus, quia in rebus communibus inerat illi singularis puritas, & deuotio non communis.] Ita etiam de his cogitabat Beatus Pater noster Ignatius, de quo hæc scripta sunt: Nec vllum quamuis leue religionis obibat officium, quin eius animi ardor, ex toto corporis habitu, ac præsertim ex fronte, atque oculis emicaret: ex quo facilè existimari potest, qualem ille se in horaria precatone, psalmisque, & in sacrificio Missæ præstitit.] Et id quidem meritò. Nullum est enim Dei obsequium, quantumuis exile

In vitam lib. c.

Lib. 3. vita per Messium c. 1.

D videatur, quod non, ab homine grato, & debito modo factum, gratiam augeat, & gloriæ coronæ aliquod dignitatis adiciat. Quòd si homo illud opus diligentissimè perficit, ex quo bis mille aureos sperat lucrari, quali cura, ac diligentia nos benedictioni mensæ, aut gratiarum actioni, quæ post cibum sumptum fit, aut aliis similibus deberemus interesse, ex quibus non bis mille aureos, non centum mille, non mille millia, non infinitam auri, & argenti, & gemmarum copiam, sed (quod in immensum hæc superant) gratiæ & gloriæ augmentum speramus: Certè vilissima etiam obsequia regibus & principibus viris à suis famulis exhibita, mirabili sollicitudine procurantur, ne illis, à quibus toti pendent, aliquo modo displiceant. Et nos non regi terreno, sed illi, qui solus est rex, famulamur, & illi sub cuius nutu omnia curuantur imperia, non ergo segniter, & incuriosè minora ei obsequia præstamus. Si verò ista strenuitatem & diligentiam requirunt, qualem curam par est collocare in rebus maioribus, quæ ad Dei cultum, & venerationem spectent? Equidem puto quia maximam curam exigunt, quæ nos totos absorbeat, & pro illo tempore ab omnium terrenorũ cura diuellat. Ad hoc pertinet, quod Hugo ait.

Ecc Quamuis

Hugo, in
inst. n. c.
lit. c. 3.

Aug. bid

Gregor. 1
Mor. c. 38

Thren. 2.

Quamvis in nullo loco homo disciplinam deserere debeat, diligentius tamen, & magis sollicitè ibi conseruanda est, ubi vel neglecta pluribus generat scandalum, vel custodita bonæ imitationis exemplum. Hæc ille, & sapienter. Nam licet in omnibus Dei nos aspicientis oculos præcipue vereri debeamus, siue illa publicè, & coram aliis, siue occultè, & sine arbitris fiant, tamen ad hæc ipsam Dei reuerentiam pertinet, vt coram aliis maiorem in eius cultu diligentiam ponamus. Quo & nobis ipsi, & aliis aspicientibus eluceat, diuina illa maiestas, cui seruiamus, quàm sit diligentissimo obsequio, & profundissima veneratione digna. Et ideo nonnulli quæ diuini cultus publicè acti sunt, non tam necessitatis quàm deuotionis, & seruatoris causa præueniunt. Quod & ipse Hugo monet his verbis. Sæpe illa quæ in publico necessaria sūt, quemdam prius in secreto exercitationis vsu exposcunt: quia si ea profus in occulto negligimus, vt postmodum eis, dum opus est, in publico non valeamus. Et tunc, aut profus à disciplina deficientes, intuentibus scandalum facimus: aut ineptè id quod in nobis non est, simulare conantes, irrisionem excitamus. Hæc quæ Hugo monet, opere præstabat beatus Pater noster Ignatius, qui antequam ad altare sacræ peracturus accederet, in cella illius diei Missam apud se legebat, & qua ratione cuncta agenda essent, præueniebat. Nec credendum est, hominem literatum, & cognitione diuinarum rerum satis instructum, id necessitatis causa fecisse, quasi tunc syllabas iungere disceret; sed deuotionis ardore, & eximia quadam erga diuinam maiestatem reuerentia tactum, obseruasse.

Id demum ad opera studiosa diligenter præstanda confert, si ea in principio, in progressu, & in fine ipsorum diligenter inspiciamus. Vt enim ait Gregorius. Tribus modis bona nostra hostis antiquus insequitur: vt videlicet hoc quod rectum coram hominibus agitur, in interni iudicis conspectu vitietur. Aliquando namque in bono opere intentionem poluit: vt omne quod in actione sequitur, eo parum, mundumque non exeat, quo hoc ab origine perturbat. Aliquando verò intentionem boni operis vitare non præuallet, sed in ipsa actione se quasi in itinere opponit, vt cum per propositam mentis securior quisque egreditur, subiecto latenter vitio, quasi ex insidiis perimatur. Aliquando verò nec intentionem vitiat, nec in itinere supplantat: sed opus bonum in fine actionis illaqueat: quantumque vel à domo cordis, vel ab itinere operis longius recessisse se simulat, tantò ad decipiendum bonæ actionis terminum astutiùs expectat: & quò incautum quemque quasi recedendo securum reddiderit, eò illum repentino nonnumquam vulnere dirius insanabilisque transfigit. Cum ergo hostis humani generis tribus his modis nostris operibus insidietur, victoria, quam ab eo reportare cupimus, triplicem à nobis curam bonæ actioni impendendam requirit. Ille quidem caput operis, id est, intentionis oculum excæcare contendit. Secundum illud Ieremiæ: Facti sunt hostes eius in capite. Caput enim operis hostes adoriuntur, cum bonam intentionem in præposteram mutare conantur. Sed huic impulsui securum defensionis opponimus, cum bonam intentionem placendi Deo seruare curamus. Deinde si dolus iste non prosperè sibi successit, ipsam corpus actionis fœcordia, irreuerentia, nimia festinatione, superbia, & mille aliis modis fœdere molitur. De quo Sanctus Dauid in quodam psalmo conqueritur, dicens: In via hac, qua ambulabam, absconderunt superbi laqueum mihi. Quoniam si opus nostrum

via nostra est, qua Deo appropinquamus, in via hostis laqueum abscondit, cum in ipso progressu operis nos scopulis imperfectionum illidit. At strenuitas operandi, & in dies perfectiùs & diligentius perficiendi quod cœpimus, ista aduersarij astutiam irridet. Qui impedimeta bonis actibus Deo permittente apponere potest, at nobis nolentibus, & imperfectionis muscas abigentibus fœdere non potest. Tandem fini operis insidias parat, dum ex bonis operibus ad iactantiam, ad falsam securitatem, ad otium, & torporem instigat. Ipse enim mordet vngulas equi, vt cadat ascensor eius retrorsum. Qui & eam maledictionem accepit. Ipsa conteret caput tuum; & tu insidiaberis calcaneo eius. Sed in isto etiam bello vincimus, cum post multa bona opera, dum negligentias nostras respicimus, nos viliores, & inferiores putamus. Dum perpendimus nihil esse tam magnum, quod comparatione puritatis, quam possemus acquirere, non sit exiguum. Si hæc in bonis operibus seruauerimus, illa nos sensim quotidie superiores & sanctiores facient, & Deo nostris votis fruente, ad maiorem semper perfectionem prouehent.

Gen. 49.

Genes. 3.

Quòd religiosus ab operibus supererogationis non desistat.

CAPVT XXXII.



Vt ea, quæ superius dicta sunt, legitur, forsitan putabit nos prætextu bene & diligenter opera studiosa præstandi, velle spirituales iustorum mentes ad sola præcepta, & opera debita faciendâ restringere, & opera non debita, nec iusta, damnare. Diximus enim proprias vires à quoquam esse considerandas, & bonorum operum multitudinem refecandam, quæ nos festinenter, & sine tranquillitate vincere cogat, & vires diuinitus concessas excedat. Ex quo videtur sequi sola præcepta seruanda esse, & ad summum à regula, vel instituto nostro iusta præstanda, ad quæ vires hominis vix videntur sufficere. Quis namque præceptis diuinis, & Ecclesiasticis cinctus, & multiplicitibus religionis, quam professus est, obseruantis oneratus, poterit, postquam hæc actione compleuerit, alia onera, ad quæ non teneatur, superaddere, & præceptis, atque consiliis, quibus se per vitam religiosam ligauit, nouas curas virtutis adijcere? Præsertim cum legis perito interroganti, quid faciendo vitam æternam possideret. Sola à Domino dilectionis Dei & proximi sint mandata proposita, adiectumque responsioni: Hæc fac & viues. Quasi diceret, ad vitam æternam, quam inquirimus, consequendam, præcepta tantum esse custodienda, & nihil aliud postulandum. Sed absit à nobis talis estimatio, quia non, opera bona, non debita (quæ supererogationis vocamus, quòd operibus iustis iam completis addantur) sed imprudentiam, & præsumptionem illorum, qui vltra vires se onerant, reprehendimus. Qui benignitatem Dei, pauca, & non difficilia mandantis, & discretam prudentiam familiarum religiosarum, sanctissimis obseruantis omnes suorum filiorum vires non exhaustiunt, aduertimus. Quare sanctæ religiones, vt latè profequitur Hugo, & sunt erga delicatos misericordes, & erga fortiores moderatæ. Qui etiam scimus Dominum quidem ad vitam æternam consequendam præcepta

Luc. 10.

Hugo, lib.
2. de Cla.
stro an. c.
13. &
14.

tulisse.

Matth. 19.

Prov. 15.

tulisse, ad maiorem verò gloriam adipiscendam multa non debita, nec praecepta, consulisset, cum dixit: Si vis perfectus esse, vende, quae habes, & da pauperibus, & sequere me. Qui denique in proverbiis legitur: In abundanti iustitia virtus maxima est: quasi sufficientem iustitiam, quae scilicet praeceptis continetur, virtutem faciat, at iustitiam abundantem, quae ultra debitum bona exequitur, non iam quamcunque, sed maximam virtutem constituat. Nos verò ad vitam religiosam venimus, non ut quamcunque virtutem, sed ut perfectam virtutem quaeremus. Quòd si virtutis nomine non omnem virtutem, aut uniuersam perfectionem sed solam fortitudinem intelligamus, etiam haec sententia praeceptis solis & debitis insistentes nos percutit. Maximam enim fortitudinem cupimus, quae nos ad magna & perfecta roborat, quae vitii, & immoderatis affectibus perfecte resistat, quam proculdubio abundantem iustitia, & ultra debitum faciente consequemur.

Haec cum ita sint, qui vult ad perfectionem & vitam sanctitatem properare, primò quidè diuina praecepta seruet, & statuta suae religionis aut status obligantia custodiat: Deinde verò, si vires suppetant, opera non debita, & ad quae non tenetur, quae vocantur supererogationis, non relinquat. Exempli gratia: Status, quem profiteris post completorium, aut post matutinas horas, paruam tēpū meditationis indicit, tu longiores horas meditationi & contemplationi cōcede, ut te virum spiritualem & saeculi contemptorem efficias. Ad vsum cilicij non adigit, tu aliquot hebdomadae diebus, (nullo nisi patre spirituali confcio) cilicio te domes, & hoc asperitatis genere, à sanctis patribus vtitato, te ipsum affligas. Lēctionem libelli spiritualis non praecipit: tu singulis diebus spiritualem libellum, qui te moueat, qui te compungat, qui te ad deuotionem excitet, per aliquam horam euoluas. Nulla, aut pauca ieiunia iubet, tu nonnulla alia superadde, quae corpori comprimendo seruiant, & menti vires ad purius orandum adhibeant. Aliquas preces ad Beatam Virginem, & ad nonnullos sanctos, quos in aduocatos & patronos eligas, & in adiutorium earum animarum, quae purgantur, ultra preces ex instituto debitas, diligenter & alacriter funde. Quae sine peccato videre, audire, aut loqui, aut gustare posses, pro Dei amore relinque, ut te ipsum ad illicita deserenda promptiorem facias, qui etiam pro perfectionis desiderio licitis contradicis. Breuiter ex his paucis poteris plura notare supererogationis opera, quae si non exterior & distractus, sed intra te ipsum ambulaueris, spiritus sanctus animarum magister, & praceptor sanctitatis tibi suggeret. Ad hoc genus bonorum operum, quae non obligatione aut pracepto, sed sponte, & animae feruentis voluntate funduntur, nos sanctus David Micholis amore captus inuitat. Is cum audisset à seruis Saul; Non habet rex sponsalia necesse, nisi tantum centum praepudia Philistinorum, ut fiat ultio de inimicis regis: Non tantum id quod à se pro Michole poscebatur, sed duplo maius voluit offerre. Abijt enim cum viris qui sub eo erant, & percussit ex Philisthiim ducentos viros, & attulit, eorum praepudia, & annumerauit ea regi, ut esset gener eius. Saul centum petiuit, & à magnifico viro non centum tantum sed bis centum accepit. Mysterium est eius, quod modo tractamus. Nam qui ad coniugium sanctae perfectionis aspirat, debet quidem petita offerre, & praecepta ac debita custodire, sed si se ipsum liberalem vult erga Dominum exhibere, & breuius ad optatum coniugium peruenire, poterit non debita, nec à se postulata, praestare. Nec deest nobis in

1. Reg. 18

A lege gratia, quae scriptam mirum in modum largitate praecellit, unde hoc ipsam documentum eliciamus. Zachaeus enim postquam in arborem Sycomorum ascendit, & Dominum in suam domum gaudens excepit, ita ait: Ecce dimidium bonorum meorum Domine do pauperibus, & si quid aliquem defraudauit, reddo quadruplum. Qui licet ita restituerit furto sublata, ut Exodi legem impleteret, quae dictum est: Si quis furatus fuerit bouem, aut ouem, & occiderit, vel vendiderit, quinque boues pro vno boue restituet, & quatuor oues pro vna oue. Et item: Si inuentum fuerit apud eum, quod furatus est, viuens, siue bos, siue asinus, siue ovis: duplum restituet. Licet, inquam, conuersus ad Dominum Zachaeus, ob istas leges ita fecerit: tamen per mysterium, quid nobis agendum est, satis patenter indicauit. Illud scilicet, ut qui in arborem sycomorum, id est, in arborem crucis per vitam religiosam, & per desiderium perfectionis ascendimus, & Christum in domum nostri cordis hospitem bonum excepimus, ei non tantum simpliciter, quod debitum est, sed etiam quadruplum, id est, non debitum, nec nobis iniunctum, offeramus. Et quidem illae leges antiquae alio mysterio non carent. Dum enim nunc quinque animalia, nunc quatuor, nunc duo tantum, pro vno ablato poscuntur, indicatum est nobis, ut qui in saeculo grauius dereliquit, & in Dei legem maiora commisit, pluribus operibus bonis libera voluntate donatis, casus suos & infidelitatem suam compensare curet.

Luc. 19.

Exod. 22.

B Ista libera, & spontanea sanctitatis obsequia, ad eos quidem pertinent, qui apud Dominum magni esse noscuntur, aut ad quamdam spiritualem magnitudinem, id est, ad Dei familiaritatem, & non communem, sed specialem, & perfectis promissam gratiam venire concupiscunt. Quod beatus Dorotheus appositissima similitudine in sua prima doctrina confirmat. Loquens enim de viris sanctis, & eorum fidelitatem, quae diuina praecepta custodierunt, edicens, haec subiicit: Nec diuina solum praecepta obseruauerunt, sed & dona Deo huiusmodi obtulerunt. Data sunt decem praecepta mortalibus omnibus, & ad ea obseruanda quisque compellitur. Sunt haec vectigalia annua regi debita. Quis igitur non persoluens debita haec vectigalia regi multam effugiet? Sunt autem in saeculo clari, & illustres viri, qui non solum regi vectigalia annua persoluerunt, sed & munera offerunt. Atque hi digni habentur honore, munificetia, & liberalitate regia. Sic igitur & Patres nostri, non solum praecepta Dei obseruauerunt debita: sed & gratuita munera pariter obtulerunt. Qualia? virginitatem, castitatem, inopiam omnium. Haec enim, quae non praecipiantur, si offerantur, dona sunt. Et hoc sane non perfectis viris legis gratiae reseruatum, sed & hominibus sanctitate conspicuis veteris testamenti concessum est. Nam Abraham omnia mandata supergreditur, cum spolia Sodomorum, quae sibi tamquam victori iure debebantur, & à rege cuius antea fueraat, suppliciter offerebantur, nec digito acquieuit attingere. Leuo, inquit, manum meam ad Dominum meum excelsum, possessorem caeli & terre, quod à filo subregmainis vsque ad corrigiam caligae non accipiam ex omnibus quae tua sunt, ne dicas: Ego ditavi Abram. Hostium diuitias exuuiasque contempserit, quas ei ius belli decreuerat, ut & debitum superaret, & non homini, sed Deo homines uniuersi suas opes ascriberet. David etiam praecepta scriptae legis, sub qua vivebat, excessit. Cui enim praecipit tantum esset amicos diligere illis verbis: Diliges amicum tuum sicut te ipsum: ego Dominus: inimicos

Dorothei.

doct. 1.

C D E

Gen. 14.

Leuit. 19.

etiam, & se persequentes dilexit. Dilexit quidem Saul, & ei bonâ precatus, vita functû lugubriter fleuit, & vltus est interfectum. Elias quoque & Ieremias supra debitum reddiderunt, qui cum possent licito vacare contugio, carnis voluptates postmiserunt, quo tempore pretium virginitatis erat absconditum, & mentis carnisque integritatem adamarunt. At filij Ionadab nonne legis præcepta superarunt, qui ex præcepto Domini ad vinum bibendum inuitati, responderunt: Non bibemus vinum: quia Ionadab filius Rechab pater noster præcepit nobis, dicens: Non bibetis vinum vos, & filij vestri, vsque in sempiternum: & domum non ædificabitis, & sementem non feretis, & vineas non plantabitis, nec habebitis: sed in tabernaculis habitabis cunctis diebus vestris.] Elifæus tadem, & reliqui eiusdem propofiti viri, legis madata supergressi sunt. De quibus scribit Apostolus: Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiarum, afflicti. Hæc profectò illis data sunt, vt & ipsi legem superantes, maiorem sanctitatem adipiscerentur, & nos, qui maiorem gratiam habemus, & sub perfectissima lege viuimus, ad spontanea obsequia virtutis animarent. Æquum enim est, vt qui maiora dona suscipim, laudabiliora opera faciamus. Vt autem Cassianus ait: Non est tam laudabile, si ab illicitis, quam etiam si à licitis temperemus, & his propter eius reuerentiam non vtamur, qui ea nobis propter infirmitatem nostrâ vtenda permisit. Et si statum fortium habemus, quis neget nobis fortiora congruere: Præceptam autem infirmis quoque, & debilibus positam est, quod & ipsi facile custodire possunt. Nos ergo, qui pro vocatione nostrâ, & pro data nobis gratia, infirmis & debilibus eminemus, maiora quam illi, id est, consilij & perfectionis, opera præstare possumus, & merito puillanimitati tribuetur, si præceptorum & regulæ obseruatione cõtenti, non aliquid aliud liberi obsequij superaddamus.

Quam verò grata sint Domino nostra spontanea virtutis obsequia, & quam magno ipse præmio cõpenset, quadam Hermæ similitudine, (qui dicitur Pauli discipulus) licet exponere. Is enim in libro Pastoris, (quem Athanasius, Origenes Hieronymus, & Theodoretus approbant) in hunc modum operum supererogationis meritum declarauit. Audi similitudinem, quam dicturus sum tibi, ad ieiunium pertinentem. Quidam cum haberet fundum, seruisque multos, in quadam parte fundi sui posuit suâ vineam succelloribus. Deinde peregrè profectus, elegit seruum, quem habebat fidelissimum, ac sibi probatû: eique assignauit vineam, præcipiens, vt vitibus iungeret palos. Quod si fecisset, & mandatum suum cõsummasset, libertatem eidem se daturum promissit. Nec præterea quicquam aliud præcepit illi, quod in ea faceret, atque ita peregrè profectus est. Postquam autem seruus ille curam apprehendit, fecit quæcumque præceperat Dominus. Cùmque depalasset vineam illam, & animaduertisset eam herbis repletam, cepit secum ita cogitare: Peregi quod mihi præceperat Dominus: Fodiam nunc vineam hæc, & erit formosior cùm fuerit fossa, & extractis herbis maiorem dabit fructum, & non suffocabitur ab herbis. Aggressus deinde fodit, & omnes herbas, quæ in ea erant, extraxit, atque ita euasit vinea speciosissima, ac læta, non suffocata ab herbis. Post aliquantum verò temporis venit Dominus eius, & ingressus est vineam, quam cum depalatum vidisset decenter, ac circumfossam, & extractas herbas ab ea, & lætas esse vires, ex facto hoc serui sui gaudium cepit. Adhibito itaque filio, quem charum, & hære-

dem habebat, & amicis, quos in consilio aduocabat, indicat ea, quæ seruo suo facienda mandasset, quæ præterea ille fecisset. At illi protinus gratulati sunt seruo illi, quod tam plenum testimonium Domini sui assequutus fuisset. Ait deinde illis. Ego quidem huic seruo libertatem promisi, si custodisset mandatum meum, quod dederam, & custodiuit illud, & præterea opus bonum adiecit in vineam quod mihi quàm plurimum placuit. Pro hoc igitur opere, quod fecit, volo eum filio meo facere cohæredem: quoniam cum sensisset, quid esset bonum, nõ omisit, sed fecit illud. Hoc consilium Domini, & filius, & amici eius comprobauerunt, vt fieret scilicet hic seruus cohæres filio. Post dies deinde non multos, conuocatis amicis, paterfamilias misit de cœna sua seruo illi cibos complures. Quos cum accepisset ille, sustulit ex eis, quod sufficiebat sibi, reliquum autem conseruis suis distribuit. Quibus acceptis illi lætati sunt; & cœperunt illi optare, vt maiorem gratiam apud Dominum inueniret, ob ea, quæ fecerat ipsis. Hæc omnia cum audisset Dominus eius, percepit iterum maximum gaudium, & conuocatis rursum amicis, & filio, exponit factum serui sui de cibus suis, quos ei miserat. Illi itaque tantò magis assenserunt paterfamilias, ipsum seruum cohæredem filio debere fieri. Hæc est Hermæ similitudo, quam ipse interrogatus, his verbis exposuit. Mandata Domini custodi, & eris probatus, & scriberis in numero eorum, qui custodiunt mandata eius. Si autem præter ea, quæ mandauit Dominus aliquid boni adieceris, maiorem dignitatem tibi conquiret, & honoratior apud Dominum eris, quàm eras futurus.] Vniuersa hæc, quæ diximus, ab Hermæ scripta sunt, & mirifice horum operum meritum patefaciunt. Si enim Dominus omnibus hominibus est in infinitum largior, & obsequiorum eius gratia factorum munificentissimus retributor, quis dubitet, illum ea, quæ nobis præcepta non sunt, & ipsius gratia præstamus, oculis benignis respicere, amoris affectu complecti, & magnis præmiis cumulare? Nec solum Dei nostri natura omnium donorum ferax, istam mercedem promittit, sed & illam omnes viri sancti atque perfecti, incredibili suarum opum abundantia manifestant. Rogemus enim illos iam diuino conspectu perfruentes, quidnam eos ad tantam gloriam, ad tantam dignitatis sublimitatem euexit? An solum, quod præcepta seruant? An tantum, quod vt serui pusillanimes, quæ sibi sub pœnæ interminatione iniungebantur, impleuerunt? Non quidem, sed quod extendentes seipfos, & virorum fortitudine maiora conantes, ea etiam, quæ sibi iniuncta non erant, factitarunt. Illis conuenit manifestè dictum Pauli: Quod si spiritu ducimini, non estis sub lege. Nam spiritu sancto gubernati, non velut mancipia timore pœnæ legi se subdunt, sed vt filij charissimi ob patris amorem legem complectuntur, quia vident Dei voluntatem esse, vt eam opere cõpleant. Quæcumque autem norunt huic diuinæ voluntati grata, ac Domini suasioni conformia, hæc eadem ratione, quod iuxta voluntatem Dei sunt, licet non sint præcepta, suscipiunt. Sequamur & nos istos beatos viros in strenuitate agendi, in largitate donandi, si volumus præmij eorum esse confortes.

Ista verò spontanea virtutis obsequia, si toti congregationi communia non sunt, quantum possibile fuerit ab oculis hominum abscondenda sunt. Omnia enim, quæ positi in vita religiosa facimus, quatuor bonorum operum generibus continentur. Nam aut omnibus hominibus præcepta sunt, vt, Vnum cole

Deum,

1. Reg. 4.
2. Reg. 2.

Ierem. 35.

Heb. 1.

Cass. col.
21. c. 5.Hermas
li 3. siml.
5.

Galat. 5.

Deum, Non iurabis neq; per cælum, neq; per terram; Sabbata sanctifices: aut omnibus nostræ professionis hominibus iussa sunt, vt, exactissimam paupertatem purissimam castitatem, & promptissimam obedientiam seruabis, silentium, & reliquas tui status obferuantias custodias: aut, licet nõ præcepta, tamen quasi sub consilio vniuersi nostri status professoribus cõmunia sunt, vt, Psalterium Virginis recitare, sexta feria ieiunare, & nonnullas humilitatis ostensiones coram fratribus exercere: aut tandem specialia sunt, quæ omnes, aut plurimi nostrum statum colentes non faciunt, sed quidam tantum specialiter à Deo vocati, & dono feruoris impulsu, suscipiant. Quæ ad tria priora genera pertinent, publicè, & sine vllò fūco, facienda sunt. Ad bonum namque exemplum, de quo supra diximus, spectat, vt omnes videant, nos bonos Christianos, & bonos religiosos esse, & quæ propria Christiani sunt, & diligentis religiosi, seruare: Et, si omne scandalū vitare tenemur, ita viuamus oportet, vt nullus meritò de nobis, aut graue peccatum, aut regulæ transgressionem, aut in communibus status nostri oscitantiam & negligentiam suspicetur. De hisque dicit Dominus: Videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est.] At alia opera quarto genere bonorum cõtenta, quæ propriè libera & spontanea dicuntur, & à nobis specialiter suscipiuntur, nec sunt omnibus status nostri communia, non palam facienda sunt, sed, si possumus, ab hominum oculis occultanda. De quibus illud intelligitur: Tu autem cum oraueris, intra cubiculum tuum, & clauso ostio, ora Patrem tuum] Item & illud: Nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua.] Vt enim inquit Gregorius: Valde perfectorū est, sic ostenso opere, auctoris gloriam querere, vt de illata laude priuata nesciant exultatione gaudere. Tunc solam namque innoxie hominibus laudabile opus ostenditur, cum per despectum metis veraciter laus impēsa calcatur. Quam quia infirmi quique perfectè contemnendo non superant, necesse est, vt bonum hoc, quod operantur, abscondat. Sape enim ab ipso ostensionis exordio propria laudem querunt: sape verò in ostensione operis, auctoris patefacere gloriam cupiūt, sed excepti fauoribus, in laudis propria cupiditate rapiuntur: Cumque semetipsos diiudicare interiūs negligūt, sparsi exteriori ignorāt, quod agunt, eorumq; opus suæ elationi militat, atque hoc se impedere obsequio largitoris putant.] Nos ergo, qui nõ ita præsumimus, vt nos perfectos iudicemus, proculdubio debemus ista specialia actiones abscondere, & à vëto elationis occultare. Quantis enim periculis pateat, qui in his priuatis deuotionis operibus à laudibus se humanis nõ elongat, indicat Ioel, dicens: Posuit vineam meā in desertum, & ficum meam decorticauit: nudans spoliauit eam, & proiecit, albi facti sunt rami eius.] Cuius vinea in desertum ponitur? Illius quidē, cuius vita bona humanæ laudis sterilitate destruitur. Et cuius ficus decorticatur? Illius certè, à cuius studioso opere regmen humilitatis proicitur. Et cuius rami albi facti sunt? Illius profecto, cuius labores in oculis hominum aspicientium splendent, sed interiūs vermiculus eos fauoris humani cõsumit. Qui labores potius modestiæ cortice operiendi essent, qui cortex illos velut ramos operiens, in eis fecunditatem, quam vanus splendor abstulit, prudenti abscessione custodiret? Sed si supererogationis opera occultari non possunt, non ob id omittenda sunt, sed intētio rectitudine cohonestanda, qua soli Deo placere desideremus, & nesciri, ac sperni cupiamus. Sape enim Dominus notitia istarū actionum vult tepidos excitare,

Matth. 5.

M. rth. 6.

Greg. Moral. lib. 8. cap. 38.

Ioel. 1.

A & ad femitas perfectionis mouere, si verò ipse qui auctor est omnium, & in medijs humanis laudibus, quas vitare nequiuimus, eximie humilitatis elargitor, vult nos ipsos super candelabrum ponere, & fratribus propalare, non est cur non pusillanimitate ducti, ad vitandas laudes humanas Deo gratissima obsequia, & nostros profectus omittamus. Semper ergo voluntate cupiamus abscondi: si autem id aut qualitas exercitationis non ferat, aut Dominus, cui placere volumus, non permittat, fidenter bonum in cõspectu hominum operemur. memoria iugiter cogitantes, quoniam bonū, quod facimus, à nobis non est, sed Deo id misericorditer donante suscipimus.

Quòd religiosus ordinem in occupationibus teneat.

CAP. XXXIII.

NIVERSA virtutis studia, siue debita sint, siue spõte à nobis suscepta, ordinem amant: nõ solū eum, quo debita liberis præferuntur, sed eum quoque, quo vnumquodque studium, opusve in hora sibi commoda, aut incõgruenti tempore collocatur. Nam quæ sine ordine fiunt, seipsa præpediunt, & quibusdam iam instantibus, & debitum sibi tempus deposcentibus, in alijs, quæ in importunum tempus reiecit, festinare compellunt. Nimia autem festinatio distractionem, irreuerentiã, inquietudinem, & multos alios defectus importat, quibus anima, dū se bono opere mudare debuerat, nouis maculis foedatur, nouis peccatis inficitur. Est etiã ordinis prætermisio, animi vecordis, & parum spiritualia curantis, ostensio: qui, quod nunc in ista occasione sibi libet, facit, & vt suę satisfaciatur carnali voluntati, Dei cultum modò instantem, aut lectionem, aut aliquid simile, aut in aliud tempus differt, aut sine vllò timore, & verecundia prætermittit. Quare, sicut qui hospitem honorabilissimum domo prius exceptum, causa abiecti hominis superuenientis excludit, magnam illi infert iniuriam: ita qui ob colloquutionem aut occupationem nõ necessariam, orationem, aut psalmodiã, vel lectionem ab hora sibi destinata dimouet, ingentem sanctis operibus iniuriam facit. Dicit profectò iste sancto operi nunc instanti, & suam horã deposcenti, illud Ecclesiastici: Transi hospes, & orna mensam, & quæ in manu habes, ciba ceteros. Exi à facie honoris amicorū meorum, necessitudine domus meæ hospitio mihi factus est frater.] Attende quo ordine sancto operi iniuriam faciat, & vsque ad eius cõtemptrum perueniat. Primò enim dicit illi, vt transeat, id est, vt à sua sede cõsurgat, & tempus sibi debitum, aut destinatū, vano colloquio, aut ineptæ occupationi superuenienti derelinquat. Deinde præcipit, vt ornet mesam, nepe vt seculari negotio seruiat, & veluti seruus, qui Domino deseret, aliam horam non impeditam expectet. Postea iubet, vt ex his, quæ ad manum habet, cibet ceteros: scilicet, vt etiã cum aliquo suo detrimento, & cum tranquillitatis, aut reuerentiæ, quæ ipsi debebatur, impendio, in suum tempus illud negotium suscipiat, & aliò illius causa commigret. Tandem intimat illi, vt exeat, nimirum, vt ob alias occupationes inanes penitus sine tempore maneatur, & animã tepidam deferat, & ab ea velut contemptus hospes vanitatis admiffa causa discedat. Sic homines spirituales in carnales commutantur: Dum enim hodie, & postea cras, & postmodum per aliquot dies

Ecl. 29.

orationem, lectionem, & alias spirituales functiones secularium negotiorum causa relinquunt, cum volunt ad eas redire, viam reditus nesciunt, aut illa veluti tribulis, & spinis impeditam inueniunt, & spirituali conuersatione priuari, in rebus secularibus, quas ad vnum admiserant diem, ad extremum diem vsque persistunt. Si vero medijs sanctis operibus Christum hospitio recipimus, timeant hi, qui bona opera prius inordinate faciunt, & postea omnino reiciunt, ne Christum pariter cum illis reiciant. Timeant, ne audiant in die discussionis: Hospes eram, & non collegistis me.] Cum enim adest orationis, aut lectionis hora, Christus nobiscum loquatur, aut nos docturus aduenit, quem proculdubio non recipimus, si negotij secularis causa, orationi vel lectioni aditum ocludamus. Fitque illud Canticorum, vt anima, quæ Christo pulsanti, & ingressum roganti aperire noluit, cum mutata cogitatione vult, illum non iam rogantem, sed indignabundum, & à se fugientem accipiat. At ille, inquit, declinauerat, atque transierat. Iusta sanè tantæ irreuerentiæ, & ingratiuliniis pena, vt, quæ cum sponsus venit, ianuam sui cordis non aperit, cum ipsa ad sponsum venit, non inueniat, & omni consolatione vacua remaneat.

Qui itaque cupit proficere, & sponsi consolationibus perfrui, ordinem in sanctis exercitationibus teneat, suam cuique horam tempusve præscribat, & sine vrgētissima causa spiritualis vitæ ordinem non prætermittat. Sunt enim aliqui habitum religiosum gestantes, sed vitam secularem diligentes, quos non semel vidimus, & videntes non parum doluimus, nec modicum erubimus, qui qualibet vana colloquia, qualibet secularia negotia, nunc curiositatem istud aut illud legendi, nunc cupiditatem nouitates audiendi, aut aliqua similia suis exercitijs spiritualibus anteponunt. Ex quo oritur, vt ea aliquando non faciant, & ferè semper ordinem operandi prætermittant. Videas eos, aut post meridiem, aut etiam ad solis occasum horam primam incipere, & iam lucis orto sydere recitare; & vt totum diuinum officium compleant, quod illuc vsque sine causa prætermittunt, verba prædicere, carminum partes saltare, & sine vlla attentione, aut reuerentia sedentes, aut iacentes, aut deambulantes, sacras orationes percurrere. Alias preces, quas non ex onere, sed ex more recitant, aut se vestibus exuentes, vt dormiant, aut in lecto cubantes, aut semidormientes, pronunciant. Sanctam meditationem decurtant, & initium, aut finem temporis illi destinati suffurantur, vt illud aut studio, aut vana alicui occupationi concedant. Spirituales libelli lectionem in aliquam incommodissimam horam reiciunt, in qua nec attentionem habere, nec quod legunt, meditari, nec fructum decerpere valeant. Ac demum de eorum vita dicere possumus, quod beatus Iob de mortis regione pronunciat: In qua nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.] Profectò istos ita viuentes, & non tam vitam spiritualem agentes, quam omnia spiritualia studia subannantes, debent prælati duriter increpare, & à nimis aut vanis negotijs diuisus ad ordinem in religiosis exercitijs custodiendum adigere. Nisi fortè ipsi prælati gubernationis curis impliciti, & nescientes modum in occupatione tenere, & magis in Deo, quam in seipsis fiduciam collocare, idem faciant, & sine ordine viuant. Quos ego minimus docere nolo, rogo tamen illos vt memores sint illius sententiæ, quam Saluator suo ore retulit: Medice cura te ipsum.] Et item illius: Quod si fal euauerit, in quo salietur: Ad nihilum valet vltra nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus.] Certè si ne-

sciunt, cum gubernationis onere spiritualiter viuere & tempus commodè sibiipsis præripere, & non se totos alijs dare, nesciunt gubernare. Sed de hoc aliàs. Qui ergo ordinem in spiritualibus exercitijs non seruant, cum possint, sunt reprehensione dignissimi, à quibus omnis spiritualis profectus fugiet, omnis diuina consolatio discedet. Hæc enim non datur, nisi præceptum Pauli seruantibus, quo ait: Omnia honestè, & secundum ordinem fiant.] Vbi non est ordo, non est honestas, Vbi non est honestas, non est tranquillitas mentis, qui verò mentis tranquillitatem non habet, nec potest celestibus consolationibus perfrui, nec virtutum profectibus cumulari.

Istum in rebus spiritualibus ordinem Laurentius Iustinianus, vt rem magni momenti, vniuersis Dei seruis commendat. Singuli itaque Deo famulantes, ait, studeant, proprias interioris & exterioris hominis, loco & tempore dirigere actiones: ne anteponenda postponant, & agenda prætereant: quia frequenter seductoria persuasione decipiuntur, qui absque sedula discussione in via Dei pergere aufusecunt. Maximi proculdubio periculi res est, prout suggerit animus, velle degere. Propterea cunctis consulendum est, vt taliter vnumquodque disponant opus, quatenus qualibet hora propriam habeat actionem. Sciant quando orationi, quando lectioni, quando operi manuum incumbendum sit, ne accidia spiritu in mentis dubietatem, vel hebetudinem enectò, tempus suum inaniter consumant. Semper studeant potiora opera quietiori & congruentiori tempore captare. O quoties immudorum spirituum ridiculum efficiuntur imprudentes: O quantis spiritualibus deprædantur profectibus: ij, qui spero mentis consilio, suis inseruiunt voluptatibus? Quam sæpè lectioni vacant, cum orare deberent: Orationi insistant, cum liceret operari, ac per hoc torpore depressi fraudeq; decepti, cuiuscumq; operis debito priuantur fructu, insipientia ipsorum hoc perpetrante. Non sic verò, qui pollent prudentia: & qui celestem magni pendentes gratiam, cælorum regna sagaciter diripere moliantur. Singula singulis peragunt horis: nec penes ipsos quidquam inordinatum prætermittitur. Et quoniam cuncta statutis perficiunt temporibus, ideo proficiunt, vitamque suam sine tædio deducunt. Et Bonaventura ad idem hortatur, dicens: Idcirco, discipulis veritatis, est cum diuturniori exercitio sagaciter laborandum, cum suas orationes, vel Psalmos, vel Hymnos, vel quæcumque alia dixerint, vt stabliant in se numerum dicendorum: item quid primò, quid secundò, quid tertio, nisi fraterna charitate, vel necessitate aliqua, vel obedientia maioris aliquatulum retardentur: semper id, & eo modo, quo decreuerint, studeant adimplere: quia ex isto felici exercitio relinquuntur quædam habitatio in mente, de qua sæpè animus non modicum contristatur, si aliqua negligentia, vel inertia consuetum exercitium derelinquat: imò quod in principio ipsius exercitij spiritualis laboriosum videbatur, spiritui postmodum quasi versum in consuetudinem, sui decore alliciat: vt iam frigiditas versa in calorem, tarditas in velocitatem, maxime quia amore vniciuo trahitur, experimento infallibili comprobetur.] Ex quorum verbis iam aliqua utilitates elacent, propter quas est studiorum spiritualium ordo seruandus, quibus sanè carebit, qui omnia perturbatè agit, & cuique studioso operi minime suum tempus locumque concedit. Sit igitur spiritualium virorum vita amatrix ordinis, & quæ in suis operibus quoddam genus immutabilitatis teneat, & æternitatis naturam imitetur. Vt sicut ista semper est eadem, & nulla

Matt. 25.

Cant. 5.

Iob. 30.

Luc. 4.
Matth. 5.

1. Cor. 14

Laurent.
Iustim. lib.
de discipl.
& profect.
monast.
conuer. c.
10.Bonauer.
de mysti-
ca Theo-
log. cap. 3.
paricul. 3

inconstantia volubilitate mutatur, & vicissitudini nulli subiicitur, ita vita iustorum eodem tenore procedens, & statim horis, & temporibus idem faciens, ad beatam aeternitatem se properare declarat. Quem admodum etiam horologium bene dispositum & solerter ab aliquo gubernatum, iuxta motum solis, & dici horam acu designat, & cymbalum pulsat: ita vir iustus secundum praecognitam Domini voluntatem, semper se moueat, & certis horis atque temporibus idem opus, ut orationem, aut lectionem, aut psalmodiam exerceat. Ad eum ut sicut miraculo, atque prodigio deputatum est, (sicut reuera fuit) quod horologium Achaz tempore Exechiae eodem diei tempore, non eandem, quam soleret, sed diuersam horam signaret; ita spirituales virum ordinem vitae mutare, & sua virtutis studia, aut praeparare, aut postponere, quasi miraculum videatur.

4. Reg. 20.

Multi quidem sunt, quae istum exercitiorum sanctorum ordinem à nobis exposcunt. Nam illum docet ipsa vita religiosa, cuius sumus ipsi cultores: quae communes omnibus religiosis virtutis actiones in eandem semper horam reiecit. Horam enim habet certam, & determinatam, qua orationi, & aliam, qua Missae sacrificio, & aliam, qua psalmodia, aut conscientiae examinationi, aut corporis refectioni, aut dormitioni, aut labori manuum, aut aliis occupationibus insistamus. Et sicut ipsa seuerè, & ferè sine ulla relaxatione praecipit, ut viuueris religiosi, cum ad aliquid horum vocantur, in vnum conueniant, & commune opus simul perficiant; ita ipso opere docet in particularibus operibus ordinem esse seruandum, & sine legitima causa non esse ab illo discendum. Huius verò pie matris documentum esse à nobis reuerenter suscipiendum Dominus ipse confirmat: qui, ut est in Ecclesiastico, & honorauit patrem in filiis, & iudicium matris exquirens, firmavit in filios. Quod nihil aliud est, nisi Dominum praeccepta matris nostrae vitae religiosae, suo praeccepto rata facere, & suae voluntatis ostensione probare. Religio verò non à se ipsa hunc ordinem piarum actionum inuenit, sed ab ipsa vniuersali Ecclesia Dei, cuius est filia selectissima manifestè didicit. Quis enim ignorat, sanctam Dei Ecclesiam in Dei cultu ordinem magnum, & exquisitum tenere, & singulis diebus proprias horas, quibus Dominus sit à nobis laudandus, & horam qua incrementum sacrificium sit offerendum designare? Profectò id adeo notum est, ut & ipsae laudationes diuinae horarum nomen vsurpent, & hora prima, tertia, sexta, nona, & sic aliae deinceps nominentur. Quis etiam nesciat ab Ecclesia singulis annis dies esse notatos, quibus aut ieiunandum sit, aut ab operibus seruilibus vocandū, aut sobrietatis remissioni, & sanctae sinceritati, ut ait Augustinus, insistendum? Sicut ergo motus cordis ab ipso incipiens, primū in proximas corporis partes, & deinde in remotas & externas eadem se ratione diffundit, adeo ut ex pulsu arteriae medici intemperiem calidam totius corporis à corde prouenientem agnoscat: ita hic motus ordinatus Ecclesiae, quam ipsa vitae religiosae, veluti proximae parti communicat, aequum est, ut ad singulos spirituales viros, tam quā ad remotiores partes, se demittat: qui etiam eodem modo, ac totam Ecclesiae corpus, cuius sunt partes, moueantur, & in omnibus, quae in Dei obsequium peragunt, ordinem seruent. Nec sola Ecclesia, aut vita religiosa nunc ordinem postulant, sed etiam ipsa, qua constamus, natura, nos ad ordinem in piis studiis tenendum inuitat. Quia ut sani & vegeti viuamus, nostra natura ordinis est assecratrix, & eiusdem diei temporibus cibum & potum

A accipere, somno indulgere, corporis exercitatione uti, & labore quiescere, & paulare iubet. Si verò cibum, & potum ultra tempus destinatum differamus, aut laborem plus aequo protrahamus, aut debita nos requie, & somno priuamus statim aut corporis lassitudo, vel ad quid operis faciendum ineptitudo, vel corporalis infirmitas monet nos, quantum malum afferre possit in his rebus ordinis praetermissio: ita ut mente sani, robustique simus, necesse est in his quibus mens educatur, & crescit, ordinem, & modum obseruare. Nonne cibus & potus animae, sunt studia virtutum, quae & eam recreant, & in vita spiritali sustentant? Et quidem: nam & sapientia cibabit timentem Dominum, pane vitae & intellectus, & aqua sapientiae salutaris potabit illum. Nonne somnus animae est intera oratio, humilis deprecatio, & pura contemplatio diuinorum, qua & rebus temporalibus dormit, & in sinu Domini, quasi in lecto mollissimo requiescit? Et sanè ita est: Nam & discipulus ille praedilectus, in sinu Saluatoris recumbens, isto spiritali dormiuit somno, cum diuinitatis eius mysteria conspexit. Nonne animae exercitatio, est abnegatio sui, qua prauos affectus & vitia, velut humores noxii minuit, atque consumit? Sed in dubium esse non potest Salomonis sententiam excipienti: Diligenter exerce agrum tuum, ut postea aedifices domum tuam. Agrum quippe exercere est, vitia nostra mortificatione conuellere, & affectus nostri abnegatione purgare. Vnde Gregorius ait: Quidnam est, praeparato opere, agrum diligenter exercere, nisi euulsi iniquitatis sentibus, actionem nostram ad frugem retributionis extollere? Si ista cibus, & potus, & quies, & exercitatio animae sunt, liquet, quoniam si nunc in totum omittantur, nunc sine causa differantur, & postea sine ordine, & modo praesumantur, anima vegeta, & robusta esse non potest, quae corpore delicatior est, & magis quam illud ab ordine pendet, & certis temporibus suum cibum, & potum, & somnum, & exercitacionem requirit.

D Et nos quidem studiosis operibus non solum intendimus tempus occupare, sed merita apud Dominum adaugere, & ipsi nos quam gratissimos facere, & perfectionem adipisci: quae omnia vna ordinis perturbatione, aut in totum, aut magna ex parte frustrantur, & magni à nobis thesauri perduntur. Res enim sine ordine factae saepe merita non adaugent: nam, ut inquit Ambrosius, scire quid facias, & Ordinem nescire faciendi, non est perfecta cognitio: offendunt plerumque praepostera. Et statim ordinis ignorantia conturbat negotiorum naturam, formamque, meritorum. Et ipso ordinis contemptu turbatur homo, atque distrahitur, ita ut opus occurrès irreuerenter, ac tepidè faciat, & non tam meritum, quam Domini indignationem incurrat. At quomodo nos Deo gratos faciemus bonis actionibus tepidè factis, & ex eo animo promanantibus, qui illius vanitates praetulit, & quasi res nullius momenti vsque ad tempus prophanis occupationibus vacuum, illas opere exercendas omisit? Aut quo pacto haec ad perfectionem perducent, quae mille imperfectionibus scateant, & mentem scrupulis ignauiae & irreuerentiae vulnerant, & imperfectionum labe cruciant? O quanta mala vnum malum perturbati ordinis secum importat. Isti, qui omnia miscent, & sine villo ordine viuunt, & suam in omnibus voluntatem implere contendunt, inobedientes sunt Deo, qui vult sua obsequia rebus omnibus anteponi. Exilitate sui erga Deum amoris detegunt, cuius famulatus tam parum cordi est, ut eum singulis momentis causis ina-

Eccles. 15

Ioh. 13.

Prov. 24.

Greg. 10. mor. c. 16

Eccles. 3.

Aug. ser. 157. de tempore.

Ambr. in psal. 119. serm. 3.

nium alloquutionum, aut secularium negotiorum calcent, & proterant. Religiosam vitam, quam agunt post secularium conuersionem constituunt, qui diligenter solent diuino cultui intendere, & ut sacrificio Missæ assistant, aut suas preculas recitent, omnia negotia sui status ablegare. Statum suum ignomina afficiunt, & ludibrio aspicientium exponunt; quoniam ipso opere, se religiosos esse, & ordinis sectatores erubescunt, quem in nullo seruare, & in omnibus præterire volunt, & dum seculariter uiuunt, & secularia publicè tractant, spiritualia uero importunis temporibus, quasi cum rubore præstât, ab omnibus irridentur. A rebus prophanis vacant, ut Deo vacent, & ipsi quasi vitam religiosam detestantes, & sanctissimas eius exercitationes odientes, ab his per totum diem vacant, ut sciendis nouitatibus, & uanitatibus interrogandis aut perscrutandis intendant, Ac demum à uita sanctorum & uirorum perfectorum se elongant, qui in suis piis studiis ordinem amant, ordinem enixè custodiunt, orationi lectioni, & rebus diuinis opportunas semper horas constituunt, & spiritualia exercitia omnibus præferunt. Ideo apud Dominum diuersimodè acceptantur obsequia feruidorum & tepidorum. Nam sicut ipse gratum habuit sacrificium Abelis, quod obtulit de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorû, sacrificiû uero Caini aridioribus terræ fructibus oblatum. Spreuit: ita benignè ad obsequia feruidorum respicit, quæ sibi magno amore, & ardenti seruire, & congruis temporibus consecrantur, mûnera uero tepidorum dedignatur respicere, quæ sibi animo irreuerenti, & importunis temporibus, quæ ex uanitatibus supersunt, offeruntur.

Genes. 4.

Ordinem igitur in exercitationibus spiritualibus nobismetipsis constituamus, & illum, sine ulla, quantum fieri possit, interruptione seruemus. Omnes uideant vitam nostram, vitam ordinis esse, & nihil in ea, nisi secundum ordinem gubernari. Horis orationi, & meditationi destinatis, quæ præcipuè diei, & magis quietæ esse debent, orationi & meditationi insistamus: hora psalmodiæ, aut aliis precibus, aut examinationi cõscientiæ aut spiritali lectioni attributa, iisdem operibus occupemur; & si numquam solâ suo cursu cessat, nec à cæpto circulo retrogreditur, numquam nos (quoad fieri possit) inconstantes simus, aut nostri cursus ordinem peruertamus. Tria tamen sunt, quæ meritò exercitiorum spiritualium ordinem mutant, necessitas, charitas, & obedientia. Necessitas est, si aut corporis infirmitas, aut imbecillitas, aut aliquis successus humanus, cui non ualeamus obstare, ordinem præscriptum impediât. Tunc enim, quia homines sumus, quæ sunt hominum patienter à nobis sustinenda sunt, & uoluntas seruandi ordinem, sine ordinatis operibus obseruanda. Cauendum tamen, ne quod necessarium non est, nomine necessitatis se cõtegat, & quod facillè uitare possemus, rei inuitabilis uelamento se operiat. Charitas est, si aliquid in proximorum utilitatè faciendum occurrat quod commodè in aliud tempus protelari nequeat, ut peccatoris confessio excipienda, concio habenda, dubitationi conscientiæ satisfaciendum. Nam tunc charitas dicat, ut dilato sancto exercitio, rebus proximi seruiamus. Vnde Thomas à Campis in illo suo libello, quem uiri spirituales semper præ manibus habent, ita ait: Pro nulla re mundi, & pro nullius hominis dilectione aliquid malum est faciendum: sed pro utilitate tamen indigentis, opus bonum aliquando intermittendum est, aut etiam pro meliori mutandum. Hoc enim pacto opus bonum nõ destruitur, sed in melius commuta-

Thom. à
Campis.
1. de con-
tempu
mundi. c.
15.

A tur. Sine charitate opus extèrnũ nihil prodest: quicquid autem ex charitate agitur, quantumcumque etiam paruũ sit, & despectũ, totum efficitur fructuosum. Magis siquidem Deus pensat, ex quanto quis agit, quam quantum quis facit. Multũ facit, qui multũ diligit. Multũ facit, qui rem bene facit. Bene facit, qui prius communitati, quam suæ uoluntati seruit. Quia uero charitatis opera, quando differri non possunt specialibus deuotionis studiis præponenda sunt, ideo religiosi suæ perfectionis cupidi, qui in animarum curam incumbunt, solent deuotionis studia in eas diei horas reuocare, quæ sunt magis quietæ, & à tumultu hominum seculariũ remota, quales sunt ad solis ortũ, & ad solis occasum, ut sic prius & deuotius Deo uacent, & propriam uirtutem prouchant, reliquum uero diei tempus in animarum salutem impendunt, ex quo si aliquid occupatione externa uacuum fuerit, in studio sacrarum literarum, aut in sacra lectione collocant, & ita totos dies bene occupatos, & diuino numini consecratos indicant. Obedientia est, si tempore, quo aut orare, aut meditari, aut aliquid simile facere constitueramus, prælati aliquid aliud nobis faciendum iniungat. Quia præcepto superioris instante, ordo est obedire, & ordinem impositum nobis inuicere, & relicta oratione, aut cõtemplatione, aut alio quouis particulari opere, ad obediendum proferare. Tunc dicendum est nobis: Nõ mea uoluntas, sed tua fiat. Nam si obedientiæ opera, exercitiorum spiritualiũ obtentu, detrectare uolumus, & nos ipsos seducimus & uitio propriæ uoluntatis, nostra bona studia euidenter inficimus. Cum propria uoluntas sit, quæ non est Deo, & nobis communis, sed ipsi in prælato præcipiente contradicit. Obedientiæ filij, ait Bonauentura, se totos ad obediendum exponant, nõ quæ ut prælati uocem audierint, quasi diuinitus imperetur, moram pati nesciant, sed relictis omnibus, ad iniuncta quæ fideliter exequenda, promoti deuotione consurgant, ut vicino obedientiæ pede, uelut uino momento, iubentis uocem, facti exhibitione sequantur. Perfecta obedientia sua imperfecta relinquit. Dicuntur autem nostra specialia opera, imperfecta relinqui, quia cæpta & non consummata manent, sed isto consummationis defectu, suam perfectionem accipiunt. Cum enim obedientiæ causa præciduntur, signum est, nos ea, cum per obedientiam licet, Dei uoluntate facere, & cum iussio superioris accedit, Dei etiam uoluntate prætermitti. Et pius, ac benignus Dominus, qui uidet nos siue in bono opere, siue in operis omissione, eius uoluntate quærere, solet quod obedientiæ causa dimissimus, postea ampliori gratia promouere, & potioribus donis cumulare. Necessitas igitur, & charitas, & obedientia quæ supra omnem ordinem sunt, ordinem nostrorum exercitiorum frangant, his uero, aut aliquo illorum non impediante, nos, repulsis occupationibus superuacuis, semper statutis horis in sanctum opus incumbamus, & nostram salutè ordinatè, constantè, & subtiliter operemur.

Matt. 26

Bonau. in
peccato di
scip. p. 1. c.
4.

Quòd religiosus nullam occasionem proficiendi prætermittat.

CAPVT XXXIV.



LEBRIS illa sententia, qua unus ex sapientibus huius sæculi medica artis à se elaboratum uolumen incepit; ars longa, & uita breuis, commodè potest spiritualibus rebus aptari, & de uita spiritali, & eius perfectione proferri. Que

Hippocratis
Aphorismorum
1. cap.

tot

tot habet addiscenda, tot acquirenda, tot actione & labore præstada, vt nisi vires gratiæ aspiceremus, vix ad ea, non dico vita breuis, sed nec illorum antiquorum patrū anni sufficerent. Breuis est vita hominis, quæ velut cursor transit, vt auis volat, vt vmbra præterit, vt cogitatio euanescit, & vix cœpit, cum iam finem sibi insidiantem, & se ad victoriam parantem agnoscat. Lob ait: Breues dies hominis sūt, numerus mēsum eius apud te est.] Dauid dicit: Anni nostri sicut aranea meditantur; dies annorum nostrorum in ipsis, septuaginta anni. Si autem in potentatibus octoginta anni, & amplius eorum labor & dolor.] Iacobus clariùs explicat: Que est vita vestra? Vapor est ad modicum parens, & deinceps terminabitur.] Quid breuius eo, quod numquam stat, sed more fluminis rapidi non ad mare, sed ad non esse decurrit? Quid inutilius eo, quod inanibus occupationibus distentū, sapissimè sine vilo fructu pertransit? Quid vilius eo, quod in modum vaporis dissipatur, & ad nidationem oculi nusquam comparat? Homo profectò vanitati similis factus est; dies eius sicut vmbra prætereunt, vt sicut nihil vanitate inanius, nihil vmbra instabilius est, ita humanā vitam, & inanem & instabilem, & breuissimā esse discamus. Nec Deus in nos crudelis fuit, dum post Adæ peccatum ita vitā nostram abbreviauit: Ideo enim illam breuem fecit, inquit Ambrosius, vt molestiæ eius, quæ prosperitate non poterant, temporis exiguitate finirentur.] Et ideo etiā (& quidē ego ita contemplo) vt ipse suam potentiam in humana imbecillitate monstraret, qui in tanta vitæ breuitate, artem longam perfectionis hominem docet: Nā rogo, quænam ars vita spiritali longior, & virtutis perfectione prolixior? Hoc homo discit, non tantum Deum cognoscere, sed Deum amore complecti, Deum ad se pertrahere, Deum actibus imitari. Hac discit, terram in cœlum conuertere, animale in spiritale, impurum in sanctum commutare. Hac discit seipsum, & omnia terrena continere, & suam mentem diuitiis numquam perituris ditare, & Dei puritatem ac sanctitatem induere. Quod si artes, quæ rerum creaturarum naturas considerant, longæ, id est, multum temporis ad sui adeptionem requirēt, appellentur, quātum hæc perfectionis ars cæteris non solum dignitate, sed & temporis, ad sui acquisitionem necessarij diuturnitate præstabit, quæ creatorem ipsum docet non tantum cognoscere, verum etiam vt sponsum complecti, & illi tamquam Domino famulari? Illi quidem, qui ex vilibus metallis, & multis variisque rebus, aurū se facturos promittūt, (quos alchimistas vocant) longa temporis spatia ad hanc conuersionem faciendam exposcunt: quam in immensum longiora requirentur, vt carnalis homo, in spiritualem, & terrestis in cœlestem commutetur? Profectò, ars longa, & vita breuis, sed in hoc potentia suam ac misericordiam commēdat Deus, quod artem longam breuiter ingerit, & non solum annosos homines, & senio confectos, sed & pueros, & teneras puellas, perfectione virtutis imbuat.

Iob. 14. P/al. 89.

Iacob. 4.

P/al. 143.

Ambros. ser. 42.

Cum ergo perfectionis ars longa sit, quæ docet peccata deltere, vitia extinguere, affectus moderari, virtutes acquirere, Deum amore complecti, & vitam cœlestem atque diuinam in terris institueret, necesse est, vt nos perfectioni assequendæ incessabili diligentia cooperemur, & vt in rem magnam, & non peruiam, sed planè difficilem & laboriosam incumbamus. Ne simus ex illis, qui dicebāt: Magister, volumus à te signum videre:] quod in nos quadret, cū nihil volumus à nobis exigi, & volumus omnia, quæ ad nostram emendationem pertinent, Domi-

Matt. 12.

num quasi per miraculum operari. In eo autem fo-
liter cooperabimur, si nullam occasionem profici-
endi, & aliquid virtutis acquirendi perdamus.
Qui enim occasiones proficiendi elabi sinunt, simi-
les sunt mancipiis negligentibus, qui cum multa ab-
hero facienda susceperint, totum diem in ludis, in
iocis, in comessationibus, & in rixis insumunt, & in-
stante nocte nihil ex sibi iniunctis factum inueniūt,
& nihil aliud nisi heri indignationem, increpationes,
& verbera expectāt. Tales reuera sunt; qui cum
se Deo cōsecrauerint, innumeras, quæ quotidie oc-
currunt, proficiendi occasiones contemnant. Nam
suam salutem operandam acceperunt, & dū animi
distentioni vacant, & nunc istum actum virtutis,
nunc illum abiciunt, & vacui & inanes ad diem
mortis accedunt, in quo Dominum suæ negligentia
obiurgatorem, & ultorem reperient. Eo verò se acer-
biori multa dignos fatebuntur, quo Dominum nō
tantum virtutem præcepisse, sed & negligentiam ef-
se cauedam monuisse cognoscent. O quoties in cor-
dibus eorum illud Saluatoris insonuit: Ambulate
dum lucem habetis, vt non vos tenebræ comprehē-
dant.] Quid ergo faciant, post hanc millies iteratam
monitionem, si vacui ad mortem veniant, & non la-
borantes, sed oscitantes & iocantes à tenebris cō-
prehendantur? Certè acrem reprehensionem expe-
ctabunt, scientes verissimum esse dictum Bernardi:
Sicut condemnatus est, qui in vitiosa permanet vo-
luntate; ita reprehensibilis est, qui in aliis non stu-
det proficere.

B

C

D

E

Qui autem in omnibus studet proficere, hic nec
reprehensionem locum dabit, nec licet ad finem per-
fectionis non veniat) sui laboris fructu carebit. Vn-
de & idem Bernardus ait: Ambulare, proficere est.
Nō ambulatē sed sedentē à mortis tenebris cō-
prehendi, periculum est. Et quis sedet, nisi qui non
curat proficere? Id cauetor: & si morte præoccupatus
fueris, in refrigerio eris, dices Deo: Imperfectum
meum viderunt oculi tui.] Et nihilominus in libro
tuo omnes scribentur.] Qui omnes? Profectò, qui in
desiderio proficiendi inueniuntur. Proficiētēs enim,
si morte præoccupati fuerint, in eo quod eis deest
perficiendi sunt.] O magna cōsolatio, quod à nobis
non peruentio ad perfectionem, sed labor proficiē-
di, & enitendi solum exigitur. Imitentur proinde
spirituales viri, falsæ & fugacis pulchritudinis ama-
tores, qui indignissimum ducunt, aliquam occasio-
nem, placēdi ei quam amat, prætermittere. An non
sunt amatores veræ sapiētia, cuius decor numquam
perit? An non sunt similes illi, qui dicebat: Hanc
amaui, & exquisiui à iuuentute mea, & quæ sui spō-
sam mihi eā assumere, & amator factus sum formæ
illius?] An non sunt (quod efficacius mouet) in isto
amatore signati, qui à iuuentute sua, id est, ab ipso
conuersionis initio perfectionis sapientiam in spon-
sam exquirūt? Quare non vt proci, huic in omnibus
seruiunt, & occasiones placēdi ei, & ad suum amo-
rem alliciēdi, quæ sunt omnes occasiones proficien-
di, derelinquunt. Negotiator, & magna lucra ma-
gno voluntatis ardore quatit, & modica non sper-
nit, sciens quia multa modica lucra vnum magnum
faciunt, & non modicam accessionem suis diuitiis
adiungunt. Eodem profus modo, si multiplicentur
parui profectus, magna ipsi merita congerunt, &
non paruam nostræ virtutis partem ipsi constituunt.
Merito proinde Paulus diligentissimus spiritualium
mercium inuestigator, & auidissimus perfectionis
mercator, modicos etiam virtutis profectus, tam-
quam modica lucra magni reputat. Cum enim mi-
nuta comoda attigisset, quæ alij Apostoli admitte-

Ioan. 12.

Bernard. ser. 15. ex paruis.

P/al. 138.

S. pient. 8.

1. Co. 9.

bant,

bant, ad onus prædicandi Evangelij ferendum, ait: Ego autem nullo horum usus sum,] quasi diceret. paruis etiam comodis abstinui, & in modicis quoque me ipsum negavi, & modicas etiam corporis mei utilitates abieci. Quare hoc? Bonum est, inquit, mihi magis mori, quam ut gloriam meam quis euacuet.] Licet commoditates, quis propter Christum desero, parua sint, tamen illa in vnum congesta, ingens præmium promerentur: adeo ut malletm vita ipsa, quam isto, quod spero, præmio priuari. Nec solus ipse modicos profectus amplectitur, sed & vult ut in illis quærendis omnes ipsum imitentur. Id namque inter alia sonat mihi eius vox dicta ad Agrippam regem: Opto apud Deum, & in modico, & in magno; non tantum te, sed etiam omnes, qui audiunt, hodie fieri tales, qualis & ego sum.] In maioribus, & in minoribus optat omnes sui imitatores fieri, ut scilicet vniuersi, & magna opera virtutis faciant, & modica non omittant. Et merito primum in modico, & postea in magno vult, ut omnes suis vestigiis inhæreant, ne inordinata sit virtutis progressio: & ne ignoremus quoddam profectuum exiliorum contemptor, numquam erit excellentis sanctitatis imitator. Sed quid est occasiones proficiendi incidentes non spernere? forsitan enim aliquis ista legens, linguam, quam non nouerat, nunc audit, & nos modica exquiritentes non intelligit. Huic, ut intelligat, honestissimam ac fidelissimam Ruth in proficiendi formam proponamus. Illa quippe simul cum socru sua, mendicitate fame laborans, eius, quam matrem reputabat, veniam, ad quærendum tantæ necessitatis remedium, in hæc verba poposcit: Si iubes, vadam in agrum, & colligam spicas, quæ fugerunt manus metentium, vbicumque clementis in me patris familias reperero gratiam. Annuente matre, abiit, & colligebat spicas post terga metentium. Et felix illam exigua annonæ collectio; nam ex spicis à messoribus relictis, atque contemptis, ad mensam, & ex mensa ad lectum ditissimi Patriarchæ, & ex lecto ad coniugium eius, & ad possessionem omnium, quæ ipse habeat, hilariter properauit. Considera & tu similiter mendicitatem tuam, & expende famem tuam, quæ ut cibi sumptione cõpescas, collige spicas à metentibus derelictas, & modicas proficiendi occasiones, quas magni in sui oculis spernunt, cõgrega in sinu tuum: & sic primum famem virtutis te cruciantem, vtrumque compesces: postea ad mensam, in qua satieris, id est, ad magna merita virtutis accedes: Deinde in lectum hominis diuitis admitteris, qui dicit tibi, vt non metuas, & dormias vsque mane:] & tandem ipse te in charissimam sponsam accipiet. Scio iam intelligis quod tendat huius historie mysterium, sed adhuc dubitas, quid ille spicæ te colligendæ significent. Dicam ergo aperte, & tu meum scribendi laborem, sola, eius, quod dicturus sum, in Dei gloriam, executione compensa. Rogo te vnum tantum tuæ vitæ diem attentè considera, & videbis in eo innumerabiles proficiendi occasiones, quas perdis. Signum ad surgendum è lecto datū est, & tu in lecto aliquantulum moraris, ac si Deus ad surgendum, & orandum non te per illud signū vocaret. Ecce vnam, quam si fuisses amplexus, socordiam vicisses, diabolum te tenentem irrisisses, & bonum ac feruidū initium huius diei laboribus assignasses. Ad orationem, aut psalmodum cantū vocatus accedis, & in oratione, cum posses genu flexus, non ita, sed sedens; & in psalmodia non reclus, sed semi iacens assistis: ecce aliam: nam si debitam mentis reuerentiam erga diuinam maiestatem, corporis dispositione ostenderes, & te ipsum ad deuotionem & suscipiendam internam

A. 26.

Ruth. 2.

Ruth. 3.

suauitatem disponeres, & alios tecum stantes, & aspicientes edificares. Hora ad incrementum sacrificium peragendum accommoda ad sacrarium venis, vt facris vestibus induaris; ingressus autem nec aditum te expectantem, nec ministrum paratū inuenis, & ob tantam illorum negligentiam impatientia tangeris, & turbaris. Ecce aliam, in qua debuisses te ipsum pacare, tuam vilitatem, & peccata respicere; dignūque esse, vt ministri tui, tanquam vilissimi hominis nullam memoriam haberent, & veluti omnium infimum te eos expectare facerent. Triclinium corpus tuum resecturus ingrediens, panis tibi niger, & durus apponitur, pulmentum insulsum, & malè apparatus offertur, cuius causa tristitatis, & interius saltem coqui officiantiam & prælati duritiam incusas. Ecce aliam: Debuisses enim tunc, vt verus Christi pauper, illa penuria, & incommoditate exultare, panem illum & pulmentum insulsum, in sanguine tui Redemptoris intingere, & regum deliciis præferre. Cum aliis fratribus colloquium gratia remissionis institues, oblata occasione te ipsum laudasti, aut tuam sententiam plus nimio descendens, contendisti; aut historiam, vel fabellam inutilem enarraisti. Ecce aliam, quia si diuinæ inspirationi te interius ad mortificationem vocanti paruisses, & nec te ipsum laudasses, nec pro te nihili cõtendisses, nec secularia narraasses, gloriæ coronæ te in cælis expectanti gemmâ adiceres. A prælato, vel ab alio maiori fratre, aut æquali, aut minori malè exceptus es, & verbis amarulentis, ac contumeliosis affectus, quibus aut similia, ausus es respondere, aut non timuisti ob iniuriam illatam murmurare, & querulari. Ecce aliam: Si enim patienter contumeliâ audiuisses, & hilariter iniurias suscepisses, non modicum puritatis augmentum, nec minimam animi libertatem comparasses. Defectus aliquis parui momenti tibi innocenti occulte, aut publice ab aliis obicitur, & statim admiraris, & mille modis te ipsum excusas. Ecce aliam: quia non multi momenti ignominia silentio admittenda esset, & multa à Prælato imposta acceptanda. Cœnobium ad aliquod negotium egressus, aliqua pulchra quæ videas, curiosa, quæ audias, iocosa quæ dicas, passim occurrunt, quibus, ac si esses vnus ex mundanis hominibus, sedatis, Ecce aliam: oportebat enim oculos vanitati claudere, aures aduersus curiositatem munire, & linguam, indomitam bestiam continere. Hæc exempli gratia dicta sufficiat, nam possem innumerabiles aliam proficiendi occasiones, quæ quotidie instant, & nos ad diuitias spirituales lucrandas vocant, in medium proferre.

D

E

Ista, dicit, minima sunt. Crede mihi, nullus spiritualis vir, desiderio perfectionis tactus, ista contempnit. Pro certo etiam habe, quia nullus vnquam sine istis minimis, ad eam, quam exoptas, sanctitatem peruenit. Nec mihi succenseas, quod minima attuli, quia ego nollem ista minima prætere, quæ, cum vt minima sperno (& sapissimè ob antiquam, qua sceteo, negligentiam, & duritiæ mei cordis sperno) sentio me interius castigatum, & grauiter à Domino reprehensum. Non, inquam, mihi, hæc attulisse succenseas, imò potius tu mihi minima, sed vtilissima suadenti crede, & has spicas collige post terga metentium. Nec putes eas esse tenues, vredineque percussas, quæ venientem famem designent, quin imò plenæ sunt, atque formosæ, & magne cuiusdam fertilitatis aduenientis indicia. Si eas diligenter collegeris, audies à patrefamilias: Quando hora vescedi fuerit, veni huc, & comede panem, & intinge buccellam tuam in aceto. Jam tibi dabitur panis, qui te confirmet, & occasio magna credendi, quam ad in-

Ruth. 1.

gentem

gentem cumulum meritorum, non tamen sine acco-
to, hoc est, sine laboris amaritudine, & molestia, lu-
scipies. Et o anima diues facta & primū minoribus
meritis, deinde magnis pro Christo tribulationibus
cumulata, quid ni ad eius coniugium assurges? Pro-
pinquus cedit iuri propinquitatis, & mundus, quem
ipsa contempsisti, te quoque contemnet, vt mundus
tibi crucifixus sit, & tu mudo, & Christus te in spon-
sam sine vilo impedimento suscipiat. Ista igitur pro-
ficiendi occasiones, nulla ratione pratermittenda
sunt, sed magna mentis contentione amplexanda,
quæ nos vt assidua limæ corrosio paulatim emūdat.
Ad quod hortatur Paulus, cum ait: Videte fratres
quomodo cautē ambuletis: nō quasi insipientes, sed
vt sapientes, redimentes tempus, quoniam dies mali
sunt. Hanc cautam ambulationem à Paulo postula-
tam, me quidem aurifices docent, qui cum aurum, id
est, rem magni pretij, manibus tractent, non solum
cautē se gerunt, ne magnā vim auri perdant, sed etiā
ne minimum granum amittant. Sciunt enim quod
ex multis minimis auri granis, magna auri copia cō-
flatur. O incredibile stultitiā nostram? Estne aurum,
quod tractant aurifices, merito virtutum pretiosius?
Sed si illi cautē ambulant, ne modicum metalli cor-
ruptibilis perdāt: quare nos ambulamus incautē,
imō & imprudenter, qui tot virtutis adaugendæ oc-
casiones perdimus, & gemas meritotū pretiosissimas
non tantum oblitī, aut incuriosi, sed scientes, & vi-
dentes derelinquimus: Illi nō sunt insipientes in suo
negotio, sed abundē sapientes, qui ita sua minima &
magna disponunt, vt quantum potest humana dili-
gentia, nihil illos auri & gemmarum fugiat; & nos
erimus insipientes in negotio nostro, ita vt nunc ista
ocasio virtutis, & postea illa, & in fine vitæ magnus
cumulus meritorum nos deserat: O vitium non ita
sit, sed redimamus à malitia tempus, quo possimus in
nostræ virtutis augmentum semper incubere. Quid
est redimere tempus, nisi aut detrimento rerum tem-
poralium, aut nostræ comoditatis damno tamquam
pretio soluto tempus coemere, in quo vacemus vir-
tutis studiis? Redimere tempus est, inquit Anselmus,
vt quando aliquis infert tibi litem, perdas aliquid, vt
Deo vaces, non litibus. Quod enim perdis pretium
est temporis. Quo modo perdis nummos, vt emas ti-
bi aliquid, sic perde nummos vel quodlibet aliud, vt
emas tibi quietem. Redimamus itaque tempus, id
est, commodis nostris, & curis huius sæculi subtra-
hamus, vt in frequentibus virtutum occasionibus,
quæ singulis momentis se offerunt, seipsum impen-
dat. Redimamus tempus, quia verè captiuum est,
cum non Deo famulatur, sed nostræ propriæ volun-
tati, aut vanitati deseruit. Tunc verò redimur, cum
ab iis, quæ nostrum statum non decent, liberatum,
augmento nostræ virtutis obsequitur.

Anselm.
ibid.

Luc. 12.

Apostol.

Dominus etiam monet, ne istas paruulas occasio-
nes proficiendi perdamus, cum vult nos similes esse
seruis expectantibus dominum suum, vt cum vene-
rit, & pulsauerit, confestim aperiant ei. Quid enim
est dominum ad suum seruum venite, nisi, illum,
quem iam in seruum admiserat, & iustum fecerat,
ad perfectionem vocare: Et quid Dominum pulsare,
nisi ad aliquod virtutis opus, siue magnum, siue par-
uum, inuitate, & virtutis alienius exercendæ occa-
sionem offerre? Iuxta illud: Ego sto ad ostium, & pul-
so, pulsat, cum vocat, cum opus studiosum exigit, &
stat ad ostium, cum id, quod postulauerat, factum
expectat. Si ille est, qui pulsat, & minuta à nobis
poscit, vt nos, qui modici sumus, multorum mini-
morū aggregatione crescamus, quis est tam excors,
imō tam durus, & insensibilis, vt nō suo factori pul-

santi respōdeat: Intendit ille in nobis illud, quod di-
cit Salomon: Da sapienti occasionem, & addetur ei
sapientia, & occasionem acquirēda virtutis docet:
quare nos qui statum sapientium profitemur, & nos
sapientes existimamus, istam sapientiā oblatam non
accipimus? Vult item & illud: Doce iustum, & festi-
nabit accipere: & ideo nos non tantum in magnis,
sed etiam in minimis erudit: quare recipere iustitiā
atque amplecti negligimus? Si quis putet ista mini-
ma casu nobis accidere, & non speciali Dei prou-
dentia contingere, hic cæcusest, & manu tētans, qui
ignorat pium Dominum nostræ imbecillitati con-
sulētē non semper ad res arduas atq; difficiles, sed
etiam ad minimas & faciles hominem excitare: qui
veluti per faciles gradus sine vlla lassitudine ad
culmē virtutis ascendat. Bene proinde Salomon, mi-
nima, vt Dei etiā, mandata respiciens, ait: Quodcū-
que facere potest manus tua, instāter operate. Quid
est quodcumque? Et magnum bonum facito, & mi-
nimū non omite: Difficile amplectere, & facile noli
asperrari. An nō Deus omnia creauit, & magna cū
paruis fabrefecit? An non ille creator est elephantis,
& culicis, aquilæ, & muscæ, & minima quæq; ex sue
bonitatis, & potentiæ thesauro eduxit? Ita homo sui
imago creatoris in his quæ ad ipsū pertinet, magna
si potest faciat, & his præstitis minima non derelin-
quat. Neque enim Dominus, cum orbem condidit,
secum cogitauit istud minimū est, omittere illud,
sed, vt est in libro sapientiæ. Pusillum, & magnum
ipse fecit, & æqualiter cura est illi de omnibus. Nos
igitur cum nostram perfectionem operamur, nequa-
quam simile aliquid cogitemus. Quin potius formā
creationis in nostrā inuolutione tenentes, & magna
& pusilla præstare curemus. Minima profectō à no-
bis faciendā sunt, vt in postremo die in minimis fi-
deles inuenti super maiora constituamur. At post
hanc vitam nec est opus, nec ratio, id est, nec indu-
stria, nec facultas agendi. In ista igitur vita mortali,
nisi præmio pusillorum carere volumus, (& quidem
illud pusillum non est) cum maioribus pusilla quo-
que, & exilia faciemus. Mirum enim est, quod veli-
mus à seruis nostris etiam à minimis, nostram vo-
luntatem fieri, & nos Dei serui non in omnibus, sed
tantum in magnis eius voluntatem faciamus. Sed
valde formido, quod in magnis Dei voluntatem non
facit, qui in minoribus virtutem spernit.

Prou. 9.

Ibidem.

Eccles. 9.

Sapient. 6.

Quod religiosus perfectionem amans, sit
vita communis affectator.

CAPVT XXXV.

NON est minoris momēti ad viam per-
fectionis feliciter peragendam, amor
& exacta custodia vitæ cōmunis, quā
in statu religioso nostri maiores insti-
tuerūt, & suo exēplo, ac vitæ ratione
probarunt, quæ amoris in omnibus proficiendi con-
iuncta tantum valet ad propositum virtutis augen-
dum, vt multos viderimus his duobus documentis
tamquam duabus alis carnalis cōuersationis vilita-
tem facile deseruisse, & ad non modicam puritatem
euolasse. Vita igitur cōmunis, quam status religio-
nis profiteretur, vtilitates, & merita expositura, ne quis
in nominis notione labore, prius quid ipsa sit, breui
descriptione dicamus. Vita communis religiosorum
est, modus, aut ratio viuendi à maioribus instituta,
regulis, & institutis decreta, longo vsu & consuetu-
dine probata, & exemplo illorum, qui spiritualiter
viuunt, ac ipsa eorum conuersandi ratione firmata.

Ad

Ad quam iam manifestum est, quid pertineat, ut scilicet more sanctorum fratrum conuersemur, & sine manifesta necessitate nullo modo nos à communibus aliorum actionibus, aut laboribus eximamus.

Cuius rei utilitates quis explicare sufficiat? Tot enim tantæque sunt, ut abundè satis possint vitam communem tueri, & tepidorum ac negligentium corda ad eius amorem & studium accendere. Nam si primum cuiusque bonum est carere malo, custodia vitæ communis, ac communitatis sequela (sic enim aliqui religiosum viuendi modum vocant) nos multis malis & tétationibus liberat, atque in ea, quæ huic mortalitati nõ contradicat, securitate cõstituit. Quod ita esse ex notissimo casu Dauidis cum Viriã interfecit, & cum Bethsabe adulteriũ perpetravit, euidenter intelligitur, cuius causam volens sacra Scriptura manifestare, in hunc modũ cepit luctuosam historiã recensere: Factũ est vertente anno, eo tẽpore, quo solent reges ad bella procedere, misit Dauid Ioab, & seruos suos cum eo, & vniuersum Israël, & vastauerunt filios Ammon, & obsederunt Rabba: Dauid autem remansit in Ierusalem.] O infelix quies, & remansio miserabilis, quam si bellator Rex deuitasset, & ad bellum euntes suos milites præcessisset, numquã tantis sceleribus, & tãtis calamitatibus esset obstrictus, sed permisit hoc Deus, ut sui milites discederent, exercitus laborẽ nõ fugere, & ut sciret periculosum esse, dũ alij sunt in prælio, in quiete & otio permanere. Nos autem ita putamus, & (vt credo) nõ fallimur, domum religiosam aciem esse Christi, tot militibus, quot religiosis instructam: præliũ verò esse communem orationem, psalmodiam, lectionẽ, &c. huiusmodi, quibus religiosi pro se, & pro Ecclesia dimicant, & gloriõse de diabolo cõmuni hoste triumphant. Quod si tu tẽpore conflictus otiaris, & à cõceptu præliantium te subtrahis, & nec cũ illis oras, nec psallis, nec legis, nec laboras, vide ne dum Dauidis otium & segnitiam sequeris, etiã aut opere aut corde eius flagitium imitere? Magna enim est diaboli in nos se uientis astutia, qui seruos Dei à congregatione sanctorum auocat, nõ tantum ut vitæ otiositate distrahat, verum ut & otiosos, ac segnes, alicuius gratis peccati deceptione seducat. Vnde Cyprianus ait huius aduersarij dolos intelligens: Vnum primò aggressus, ut lupus, ouem fecernere à grege, ut accipiter, colubam ab agmine volantium separare tétauerat. Nam cui nõ est aduersus omnes satis virium, circũuenire quarit solitudinem singulorum.] Numquam pirata copiosam nauis classẽ aggreditur, sed nauiculã ab aliis separatam oppugnat, hãc expugnatã spoliat, & spoliatam iaculato ex tormetis igne submergit. Sic Dæmon, cuius vires à Christo fractæ sunt, numquã conuentũ iustorum audet suis dolis attingere, sed vnum otio deditum, & ab aliis segregatum inuadit. Hunc sæpe decipit, hũc dementat, hunc vanis cogitationibus, & inquietis cordis amaritudinibus, & impuris desiderijs illudit. Petrus collegio Apostolorum aggregatus Christum confitetur, solus negat. Positus inter alios dicit: Tu es Christus filius Dei viui.] Ab eis sequestratus ait. Quia nescio hominẽ istum, quẽ dicitis.] Ibi audit: Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis nõ revelauit tibi, sed pater meus, qui in cælis est. Hic ne in maledictione, qua oppressus est, pereat, à Domino benignè respicitur, & vt in compunctione perseueret, ad gregem reducit. Sic prorsus cùm religiosus conuentũ sequitur, Deũ laudat, eius præcepta custodit, eius exequitur voluntatẽ, cùm verò se ab aliis sequestrat, & illis orantibus dormit, illis ieiunantibus abstinentiam soluit, illis laborantibus ipse quiescit, in nõ modica mala solet decidere.

2. Reg. 11.

Cyprian.
epist. 1. ad
Cornel.Matt. 16.
Matt. 14.

A Meritò quidem vita religiosa, quã omnes in commune sequuntur, vocari potest expultrix malorum, & maximorum bonorum initium. Vtrumque in Apostolo Thoma conspicimus. Hic enim extra cõctum Apostolorum Saluatoris iam vitam immortalem ægetis visione priuatur, & cordis duritie tactus adẽ periculo perditionis exponitur, vt dicat: Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum, & mittam manum meã in latus eius, non credam. Falleris, Thoma, inquit Bernardus, si videre Dominũ speras, ab Apostolorum collegio separatus. Non amat veritas angulos, nõ ei diuersoria placent. In medio stat, id est, disciplina communi, communi vita, communibus studiis delectatur. Vique quo miser diuerticula captas, & consolationes propriæ voluntatis tanto labore queritas, tanto robore mendicas?] Hiẽ verò tam deceptus, dũ est solus, aliis discipulis aggregatus ad mentem rediit, & beneficiis, quibus priuatus erat, abundè potitur. Denique Thomas inter Apostolos Dominum videt, manuum vulnera tangit, aperturã lateris osculatur, & quem hominẽ agnouerat, Deum confitetur, dicens: Dominus meus, & Deus meus.] Et tu similiter si à consortio fratrum per negligentiam aut singularitatem auulsus, Dominũ corde, aut opere reliquisti, vel cõscientiæ scrupulis punctus, & cecitate turbatus, Deum tibi in senum cognouisti, redi ad fratres, sanctorum laborum particeps esto, & similibus studiis occupari curato, vt Dominum mentis oculis videas, affectibus amplectaris, & laudis eius cõfessione diteris. Quod Apostoli, & discipuli experti sunt, tu similiter ceteris fratribus corporali presentia, & labore coheres sine dubio consequeris. Illi enim omnes erant pariter in eodẽ loco, & quia corpore iuncti, & studio orationis similes, & voluntate cõcordes, spiritum sanctum acceperunt, & luce eius perfusi, ac ardore inflammati, ex pusillanimitate ad fortitudinem, ex ignorantia ad rerum diuinarum eximiam cognitionem, & ex timore ad charitatis ardorẽ reuocati sunt. Diuitiæ spiritus illos in vnũ congregatos afficiunt, quos in diuersa loca dispersos, & in dissimilia studia distractos nequaquam afficerent. Et notum spiritus sancti vacuum remaneret, quisquis discipulorum ab illo de cõuentu subtraheret. Nõ ergo sine magna ratione sanctus Bonauentura vitã communẽ status religiosi collaudat, & aliqua eorũ, quæ diximus, in vnũ congerit, dicens: Conuentualem vitam, vt sanctissimã, imò angelicã toto affectu animi amplexantes, ei tam cõtinuã quã deuota prosecutione adhæreant. Quantum ad officium, mensam, & alia, vix nisi coacti à conuentus congregatione recedant. Tantã Deus cõuentui efficaciam contulit bonitatis, vt ibi augmentum suscipiat boni bonus, aut veniam mali malus. Multa in cõuentu bona præsentibus conferuntur, absentibus subtrahuntur, Saul ad cõuentum psallentium prophetarum accedens, propheta efficitur, extra conuentum factus, peruertitur. Thomas discipulorum absens conuentui, visionis dominicæ consolatione fraudatur, quã ad collegiũ reuersus assequitur. Discipuli pariter cõgregati, spiritũ sanctum accipiunt. In cõuentu Dominus habitat, & quiescit, ibi deuotos quosque vberioris gratiæ pabulo refocillat, ibi quã plures negligentiæ personales in diuino maxime officio subrepentes, congregationis cõmunionem suppleunt. Ibi quod suis quisque non potest, aliorum meritis obtinere meretur.] Concupiscentia profectò sunt hæc, & simul obtentu facilia. Nam sicut facilius, sed & delectabilius est, longam viam cum aliis eam sciẽtibz cõficere, quã si quis solus, & quã enndum esset nesciens perageret, ita facilius,

Ioan. 20.

Bern. ser.
o. de Ascensione.

Ioan. 20

Act. 2.

Bonau. in
speculo.
part. 3.
c. 5.2. Reg.
10.Ioan. 20.
Act. 2.

& iocun

& iocundus est loga spiritus via, quæ a nobis vsq; ad Dei possessione protrahitur, quæq; nō solitariū, sed aliis associatiū incedere. Ille autē seipsū aliis associat, qui suā voluntatē spernēs, & semitas, quas suus spiritus inuenit, nō tritas declinans, cōmunem aliorum conuersationē omnīū patrū consensu probatā affectatur.

Deus providentia sua, singulis rerum generibus vnum modum se conseruandi cōstituit, singulis generibus animalium idem pabulum, eadē atma, quibus se defenderēt, eandem rationem fœtus educādi signauit, & respublica singulis hominum statibus, ac officijs, eundem viuendi & laborādi modum indixit. Deum itaque & naturam, & respublicas diuino numine institutas imitatur religio, dum omnibus filiis suis eadem studia, & eadē exercitia præscribit. Quare, sicut animal, quod propria alimenta reiceret, & aliena præsumeret, vitæ suæ detrimentum afferret: & sicut futor qui fabri ferrarij instrumēta conquireret, minimē suam substantiam augetet: sic prorsus religiosus modum viuendi sui status relinquēs, & noua ac inusitata studia in suam religionē inuehens, nihil proficiet. Vnde Augustinus ait: Omnia opera vestra in vnum sūt, maiori studio, & frequentiori alacritate, quam si vobis singulis feceritis propria. Charitas enim, de qua scriptum est. Nō querit quæ suæ sunt sic intelligitur, quia communia proprijs, nō propria communibus antepōnit. Et ideo quanto amplius rē communem, quam propriam vestram curaueritis, tantō vos amplius proficere noueritis.] Et sanē Dominus hęc etiam veritatem edocuit: Misertus enim turba quatuor millium hominum, quæ eum doctrinæ audita sequebatur, vt eam non tantū pane vite, sed etiam pane corporali pasceret, fecit in eodē loco discumbere. Quare in eodē loco, nisi vt discamus, augmentum nostræ virtutis in eodē loco cū alijs fratribus esse querēdum, & eisdem sanctis studijs comparandū. Hoc verū mysterium in conuiuio septem panum, & paucorum pisciculorum Bernardus agnouit. Potrō, inquit, si qui suere, qui discumbentibus alijs post dumeta, seu diuertoria quæuis absconditi latere, homines eiusmodi ieiunios vacuosque remāsisse quis nesciat? Sic et eos nihilominus, qui leuitate & curiositate ducti circūqua; vagantes minimē resederunt, aut qui resederunt quidem, sed non in ordine, nec in numero cæterorum. Hortamur proinde charitatē vestrā, & pastoralī sollicitudine admonemus, ne quis ex vobis inueniatur angulos amare, sectari latebras, querere diuerticula, quoniam qui malē agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguatur opera eius. Sed nec inueniatur in nobis, qui circumferatur omni vento doctrinæ, instabiles, & inquieti, nihil in se soliditatis, nihil grauitatis habentes, tanquā puluis, quem proicit ventus à facie terræ. Nam de his quid dicam, quorū manus contra omnes, & manus omnium contra ipsos? Hi sunt, qui separant semetipsos, animales spiritum non habētes, quoniam nemo in spiritu Dei loquens, dicit anathema se. Nequissima sanē, & perniciosissima pestis, quoniam vniuersos vnus oblatio turbat, & fit omnibus discordiæ fomes, materia scandalorum. Denique Prophetam audi, qui de vinea Domini loquens; Singularis, inquit ferus de pastus est eam.] Pro huiusmodi rogo, & obscuro vōs fratres mei, fugite simulationem omnem, & angulos propriæ voluntatis, fugite inquietudinem, & spiritum leuitatis, fugite oblationem, & nequissimum vicium singularitatis, nisi forte (quod absit) fraudare vultis animas vestras panis edulio benedicti.] Nec vtilitates religioſe vitæ in communi ductæ prætermitto, quas in septē panibus huius conuiuij Bernar-

Augu. in reg. 2. Corin. 13.

Matth. 15.

Bern. ser. in eodem Euāgelio.

Psal. 70.

A dus ipse in eodem loco conspexit. Primus panis, ait, verbum Dei, in quo vita hominis est, sicut & ipse testatur. Secundus panis obediētia est, quoniam meus cibus est, inquit, vt faciam voluntatem eius qui misit me. Tertius panis meditatio sancta, de qua scriptum est: Cogitatio sancta cōseruabit te, & quæ alio in loco nominari videtur panis vitæ & intellectus. Quartus panis orantium lachrymæ. Quintus verō pœnitentiæ labor est. Nec mireris quod laborē, aut lacrymas panes dixerim, nisi forte excidit tibi quod in propheta legisti: Cibabis nos pane lachrymarū] & itē in alio psalmo: labores, inquit, manuum tuarū quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit.] Sextus panis est iucūda vnanimitas socialis panis, inquā, ex diuersis granis cōfectus, fermentatus vtiq; lapiciā Dei. Potrō septimus panis est Eucharistia, quoniam panis, inquit, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita.] Huc vsque ille. Et nō dubiū quin omnibus his panibus se priuat, qui vitam religiosā professus cōmunia aliorum studia nō sequitur. Quomodo enim verbū Dei audiet, qui vt se ipsum ingurgitet, solus extra triclinium manducat, qui etiam à conuentu, vbi prælatos fratres exhortatur, abscedit? Quomodo obediēt, qui vitā singularē amplexus, studia ab obediētia præscripta cōtēnit? Quomodo mētē deuota meditatione reficiet, qui aut vanis colloquijs, aut temerarijs aliorū iudicijs se pascit? Quas lacrymas sudet, qui dum alij orant, & lacrymas fundūt, risui vacat? Aut quæ laborē pœnitentiæ suscipiet, qui vitā laboriosam religioſe institutionis exhorret? Certē, qui sua vita discordias seminat, vnanimitatē nō habet: & qui ab alijs se segregat, panē cōmunionis & vnitatis indignus est edere.

Ioan. 4.

Eccli. 15.

Psal. 79. Psal. 127.

Ioan. 6.

B Religiosus itaque ne his omnibus se priuet, vitam communem aliorum, & studia cōmunia sectetur. Si alij sūmo mane ad orandum surgunt, ne ipse in lecto decumbat, sed memor illius sententiæ: Hora surgendi non te trices] pro animæ quiete, corporis quietē repellat. Si alij orationi vacant, non in illud tēpus externas aliquas occupationes referret, sed & cū omnibus exaudiatur à Domino, ipse in orationē incumbat. Si alij libros sanctos euoluunt, ipse eo tempore erubescat per domū discurrere, cœnobij officinas, & claustra lustrare, sed sanctis voluminibus legēdis, & necessarijs disciplinis addiscendis intendat. Si alij ex præscripto cōscientiam examinant, ipse ea hora lugenda non faciat, nec cōscientiæ emūdatiōē omittens, suam salutem parui pendat. Cum comedētibus comedat, & cōmunibus aliorum cibis cōtētus delicatioribus, aut exquisitiōibus nō querat. Laborātibus collaboret, nec se à cōmuni labore, aut pro vtilitate temporali conuentus assumpto, aut pro animarum salute suscepto, propter otium, & inertiam eximat. Cum dormiētibus ipse dormiat, vt corpori necessariam quietem impertiens, in communi exercitatiōne fratrum non deficiat. Similem cum alijs vestem, nō cultiorē induat, non meliora, quā alij, nec plura supellectilia in cella habeat, nō curiosa, & inusitata possideat, breuiter talis sit, quē Dominus in die discussioſis in omnibus religioſis operibus similem alijs inueniat, nec eum ex vita iudicans, nō sui inuituti religioſum, sed alterius professionis hominem dicat. His autem, quæ omnibus fratribus communia sunt, sedulo, & diligenter expletis, si amplius adhuc potest, occultē quātū potuerit, obsequijs debitis opera supererogationis adiciat. Debita, inquā, primō, ac præcipuo loco compleat, quia vt Bonau. in speculo. in P. princip. c. 2.

Eccli. 32.

Bonau. in speculo. in P. princip. c. 2.

C Religiōsus itaque ne his omnibus se priuet, vitam communem aliorum, & studia cōmunia sectetur. Si alij sūmo mane ad orandum surgunt, ne ipse in lecto decumbat, sed memor illius sententiæ: Hora surgendi non te trices] pro animæ quiete, corporis quietē repellat. Si alij orationi vacant, non in illud tēpus externas aliquas occupationes referret, sed & cū omnibus exaudiatur à Domino, ipse in orationē incumbat. Si alij libros sanctos euoluunt, ipse eo tempore erubescat per domū discurrere, cœnobij officinas, & claustra lustrare, sed sanctis voluminibus legēdis, & necessarijs disciplinis addiscendis intendat. Si alij ex præscripto cōscientiam examinant, ipse ea hora lugenda non faciat, nec cōscientiæ emūdatiōē omittens, suam salutem parui pendat. Cum comedētibus comedat, & cōmunibus aliorum cibis cōtētus delicatioribus, aut exquisitiōibus nō querat. Laborātibus collaboret, nec se à cōmuni labore, aut pro vtilitate temporali conuentus assumpto, aut pro animarum salute suscepto, propter otium, & inertiam eximat. Cum dormiētibus ipse dormiat, vt corpori necessariam quietem impertiens, in communi exercitatiōne fratrum non deficiat. Similem cum alijs vestem, nō cultiorē induat, non meliora, quā alij, nec plura supellectilia in cella habeat, nō curiosa, & inusitata possideat, breuiter talis sit, quē Dominus in die discussioſis in omnibus religioſis operibus similem alijs inueniat, nec eum ex vita iudicans, nō sui inuituti religioſum, sed alterius professionis hominem dicat. His autem, quæ omnibus fratribus communia sunt, sedulo, & diligenter expletis, si amplius adhuc potest, occultē quātū potuerit, obsequijs debitis opera supererogationis adiciat. Debita, inquā, primō, ac præcipuo loco compleat, quia vt Bonau. in speculo. in P. princip. c. 2.

D Religiōsus itaque ne his omnibus se priuet, vitam communem aliorum, & studia cōmunia sectetur. Si alij sūmo mane ad orandum surgunt, ne ipse in lecto decumbat, sed memor illius sententiæ: Hora surgendi non te trices] pro animæ quiete, corporis quietē repellat. Si alij orationi vacant, non in illud tēpus externas aliquas occupationes referret, sed & cū omnibus exaudiatur à Domino, ipse in orationē incumbat. Si alij libros sanctos euoluunt, ipse eo tempore erubescat per domū discurrere, cœnobij officinas, & claustra lustrare, sed sanctis voluminibus legēdis, & necessarijs disciplinis addiscendis intendat. Si alij ex præscripto cōscientiam examinant, ipse ea hora lugenda non faciat, nec cōscientiæ emūdatiōē omittens, suam salutem parui pendat. Cum comedētibus comedat, & cōmunibus aliorum cibis cōtētus delicatioribus, aut exquisitiōibus nō querat. Laborātibus collaboret, nec se à cōmuni labore, aut pro vtilitate temporali conuentus assumpto, aut pro animarum salute suscepto, propter otium, & inertiam eximat. Cum dormiētibus ipse dormiat, vt corpori necessariam quietem impertiens, in communi exercitatiōne fratrum non deficiat. Similem cum alijs vestem, nō cultiorē induat, non meliora, quā alij, nec plura supellectilia in cella habeat, nō curiosa, & inusitata possideat, breuiter talis sit, quē Dominus in die discussioſis in omnibus religioſis operibus similem alijs inueniat, nec eum ex vita iudicans, nō sui inuituti religioſum, sed alterius professionis hominem dicat. His autem, quæ omnibus fratribus communia sunt, sedulo, & diligenter expletis, si amplius adhuc potest, occultē quātū potuerit, obsequijs debitis opera supererogationis adiciat. Debita, inquā, primō, ac præcipuo loco compleat, quia vt Bonau. in speculo. in P. princip. c. 2.

E Religiōsus itaque ne his omnibus se priuet, vitam communem aliorum, & studia cōmunia sectetur. Si alij sūmo mane ad orandum surgunt, ne ipse in lecto decumbat, sed memor illius sententiæ: Hora surgendi non te trices] pro animæ quiete, corporis quietē repellat. Si alij orationi vacant, non in illud tēpus externas aliquas occupationes referret, sed & cū omnibus exaudiatur à Domino, ipse in orationē incumbat. Si alij libros sanctos euoluunt, ipse eo tempore erubescat per domū discurrere, cœnobij officinas, & claustra lustrare, sed sanctis voluminibus legēdis, & necessarijs disciplinis addiscendis intendat. Si alij ex præscripto cōscientiam examinant, ipse ea hora lugenda non faciat, nec cōscientiæ emūdatiōē omittens, suam salutem parui pendat. Cum comedētibus comedat, & cōmunibus aliorum cibis cōtētus delicatioribus, aut exquisitiōibus nō querat. Laborātibus collaboret, nec se à cōmuni labore, aut pro vtilitate temporali conuentus assumpto, aut pro animarum salute suscepto, propter otium, & inertiam eximat. Cum dormiētibus ipse dormiat, vt corpori necessariam quietem impertiens, in communi exercitatiōne fratrum non deficiat. Similem cum alijs vestem, nō cultiorē induat, non meliora, quā alij, nec plura supellectilia in cella habeat, nō curiosa, & inusitata possideat, breuiter talis sit, quē Dominus in die discussioſis in omnibus religioſis operibus similem alijs inueniat, nec eum ex vita iudicans, nō sui inuituti religioſum, sed alterius professionis hominem dicat. His autem, quæ omnibus fratribus communia sunt, sedulo, & diligenter expletis, si amplius adhuc potest, occultē quātū potuerit, obsequijs debitis opera supererogationis adiciat. Debita, inquā, primō, ac præcipuo loco compleat, quia vt Bonau. in speculo. in P. princip. c. 2.



quidē accēsi mutū se fouent, vnus solus extinguitur, & tabescit: ita viri iusti charitate succēsi in vnu congregati, mutū se in virtute iuuant, & ad perfectionē impellūt, vnus verō ab aliis corpore, & corde seiunctus, paulatim in iā cōcepto feruore tepescit. Si autē, o frater, aliquem fortē vidisti (quod rarum erit) in congregatione religiosorum positum, qui tamen communi, & probata eorum vitæ se minime accommodans, multū (vt videtur) in virtute profecerit, tu nequaquam illum imiteris: Imō potius illius sententiæ magni Cassiani memēto, qua ait: Generali omnium constitutioni paucorum non debet præponi, nec præiudicare sententia. Illis enim debemus institutis ac regulis indubitam fidem, & indiscussam obedientiam per omnia commodare, non quas paucorum voluntas intulit, sed quas vetustas tōtorum temporum, & innumeritas sāctorum patrum concordī definitione in posterum propagauit. Nec etiam externæ sanctitatis apparentiæ fidentem est, nam si spirituum ponderator est Dominus, & non homines, fortassis illa virtus à communi viuendi ratione seiuncta, emēta est, quā nō seniorū definitio approbat, sed specialis vnus sensus, & vitæ modus inducit. Non tamen obliuioni tradendum est (quod supra memini me dixisse) communem religiosorum vitam, non conuersionem tepidorum, & segnium religiosorum facere, sed modum conuersionis feruidorum regulis, & exēplis sanctorum probatum inducere. Nec ad singularitatem pertinere, si multis tepide, & seculariter viuētibus, tu regulam, & instituta districtē custodias, & vitæ religiosæ, quā profiteris, columnis adherēs, à tepidis, & imperfectis te sequestres. Quin imō illi singulares sunt, qui vitā religiosam sua ambitione, & loquacitate, & imperfectione pervertūt, & ab antiquorum patrum virtute degenerāt, tu verō vitam communem, aut (vt ita dicam) conuentualem tenes, dum ab exacta custodia regulæ nō discedis. Sed iam, ne prolixi simus, causas ob quas nonnulli à vita communi discedūt, sub alio capitis initio pandamus.

Quid religiosus sit pusillanimitis, & superbia singularitatis inimicus.

CAP. XXXVI.



D sunt generales radices singularitatis, quarum gratia nonnulli à vita communi in religionibus approbata desciscunt, ad quas (si bene inspiciamus omnes alias, velut ramusculi à radice prodeantes, nullo possunt negotio reuocari. Hæ autem sunt pusillanimitas, & superbia. Pusillanimitas quidem, dum aliqui religiosæ vitæ ordinem, munditiæ, districtiōnem, & seueritatem aspiciētes, tām asperitatem exhorrent, & imbecillitati humanæ naturæ minus tolerabilem iudicant. Superbia verō, dum alij corporeis viribus firmi, & naturali complexionē robusti communem religiosorum vitā plus æquo moderatam existimāt, & eam sectantes, vt homines infirmos, & nihil arduum aggredientes aspernātur, & ad labores corporis insuetos, ac immoderatos seiplos applicant. Dux istæ singularitatis causæ sunt (vt manifestam est) sibi ipsi cōtrariæ, & duo admodum diuersa de vita religiosa sentiunt: ac diuersis rationibus id singularitatis vitium generāt. Sicut enim podagta nunc ex humore calido, nunc verō ex frigido generātur, & secundum humoris qualitatem opposi-

A ta medicamenta requiritur: ita & singularitas nunc ex timiditate & paruitate animi, nunc ex temeritate, & elatione nascitur, & secundum causæ diuersitatem diuersa medicamina ad sui curationē exigit. Pro his duabus singularitatis radicibus, nos duo eius remedia pandamus, quibus ad vitam omnibus religiosis in communi propositam tamquam ad vitam perfectionis certissimam mirum in modum afficietur.

B Qui ergo vitam toti religiosæ congregationi in dictam, velut asperam, & intolerabilem fugiunt, homines sunt delicati, qui in sæculo molliter, & delicate vixerūt, & ciborum lauitia, somni nimietate, indumentorum pretiositate, & famulorum obsequiis seiplos effeminatos reddiderūt, atque à fortitudine virorum propria ad muliercularum imbecillitatem declinarunt. Et sicut ille diues, qui induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendide, si ex diuitiis ad mediocritatem decidisset, subucula ex stupa, & faccū, & cibos in suaues ægerimè sustineret, sic isti ab opibus & deliciis, ad sanctam paupertatē & carnis asperitatem deuoluti, nec gratia, qua sua culpa carēt, roborati, abstinentiā, sobrietatem, & vestimenti vilitatem ægrè sustentant. Id quidē mirum nobis non est, quia caro non ita facile pristinos mores deponit, nisi hi tota mentis contentione niterentur eā vincere, & à luxu ad debitam moderatiōnem traducere. Sed illi nos admirantur, quos non semel vidimus, qui in sæculo duriter educati, & paupertati ac magnis laboribus assueti, in conuentu religiosorum (diabolo eos illudente) se delicatos faciunt, & ciborum, ac vestium delicias, & corporis commoditates, quas in sæculo numquā viderunt, & petere, & accipere non erubescunt. Hi omnes, aut antiqua consuetudine, aut de monis astituta victi stas omnibus fratribus vigilias vitant, & somno, orantibus, & psallentibus aliis, indulgent: communibus se laboribus eximant, & dum alij aut legunt, aut literis student, aut prædicant, aut penitentium confessiones excipiunt, noxia otiositate torpescunt: ad corporis refectionem vocati communes cibos respuunt, & in domo penitentiae regum delicias, & lauta conuiuia nobilium exquirunt. Vestes figura quidem religiosas induunt, (& quidni induant, si eas fecerunt indulgentiæ tegumenta) sed panni mollitiæ, & pretio secularium esse malunt. Et deniq; in omnibus, quæ honoris, & præuilegij sunt, religiosi in his verō quæ oneris, & laboris sunt, seculares & aulici esse videntur. Quomodo istos curabimus? ita certè, si eis suam ignorantiam aperiamus. Considerent ergo alios, qui vitam communem sequuntur, & vigilias, ieiunia, ac labores vitæ religiosæ sustinent, homines fuisse in sæculo delicatos, exquisitos etiam cibos comeditse, inter famulorum obsequia quiescisse, & splendidis, ac pretiosis indumentis amictos aspicientium oculos oblectasse. Hi diuina gratia sulti, & feruore spiritus animati, possunt, quas habuerūt delicias cōtere, possunt asperam conuersionem arripere, possunt vigiliis ieiuniis, orationibus, & laboribus assiduus insistere, possunt inter hæc corpori aduersa, nec mentis alacritatem, nec corporis incolumitatem amittere, & quare tepidi & à Diabolo decepti, idem non poterunt, eisdem gratiæ præsidij adiuti, & ab eo qui errare non potuit, ad eandem vitam laboriosam vocati? An ipsi sunt omnibus aliis delicatioris, & imbecilliores? Nō:

C Quia vidimus adolecentes nobilissimos, magnatum & principum filios, & virgunculæ tenerimas, quæ nutriebantur in croceis, & velut alitra Esther, præternitidine se sustentare nō poterant, domū religiosam ingressas, vitā asperam arripuisse, & carnis infirmitatem superasse! An gratia in illis est impotētor?

Non:

Cassia. li. 1. de vn. s. c. 3.

Pro. 10.

Luc. 16.

Esther. 15.

Nōimō potius, vt in supernaturalibus operibus Dei potestas magis eluceat, dum hominem, infirmum & delicatum iuuat, manifestius in illo suam potentiā, & virtutem declarat. An vocatio illorum fuit inefficax? Non quia se vident ad vitam religiosam euectos, ad conuersationem laboriosam iustinendam astrictos, & continuis inspirationibus ad imitationem feruidorum impulsos. Quare igitur seipfos decipiunt, aut à diabolo se decipi sinunt. & necessitatis prætextu, seipfos perdunt, & quam antiqui patres astrinxerunt, ipsū vitam religiosam relaxant.

Laboriosum est ita viuere. Non inficior: etenim religiosa vita (quod ad corpus pertinet) non requies, sed labor est. At sciant infame esse inter operantes quiescere, & panem operantium consumere: Honorificentissimum verò cū laboratibus laborare. Quod & Dauid, nō iam vnus de populo, sed supremus rex ita esse ipso opere testatus est. Numerauit ille populum Israel, & nonnulla elatione ductus, quantis millibus hominum dominaretur. recensuit. Adest è vestigio vltio diuina, quę dilectos Dei breuiter corripit, ne peccata peccatis adaugeat, & audit Dominū per Gad Prophetā loquentē sibi. Trium tibi datur optio, elige vnum quod volueris ex his, vt faciam tibi. Aut septē annis veniet tibi fames in terra tua: aut tribus mēsihus fugies aduersarios tuos, & illi te prosequētur: aut certē tribus diebus, erit pestilentia in terra tua. O bone rex, o princeps prudentissime, quid eliges, omnia enim sunt terribilia? Animaduertit ille famē ad se non pertinere, quam pauperes sustinent, diuites verò, & præcipuē rex yix eā esse cognoscit. Vidit etiam persecutionem hostium non adeo sibi esse periculosā, vt nō amplius afficeret milites suos, qui proprias vicas millies proderēt, ne vel indumētū eius oram hostis attingeret. Elegit itaque pestilentiam, & toti populo, & sibi communem (naturalia enim vt frigus & ætas pluuia, & serenitas, nec regem nec feruum respiciunt, sed promiscuē omnibus nocent, aut profunt) vt cū periculum patientibus, & ipse periclitaretur, & cum laboratibus laboraret. Iudicās videlicet dignum esse principe subditorum pericula non fugere, & eorum miseras, & calamitates experiri. Quod si capiti, à quo membra vniuersa dependent, hoc congruum est, quantò magis extremo pedis digito congruet, quo sabato, aut infirmo, reliqua mēbra illæsa manent. Quisq; itaq; se partem religiosæ familiæ respiciens, intelligat non debere, communes totius corporis labores fugere, nec se à generalibus vigiliis, ieiuniis, & obseruatiis separare. Paulus enim ait: Sicut socij passionum estis, sic eritis & consolationis. Vnde necesse est, vt cum aliis fratribus patiatur, atq; laboret, qui optat cum illis tēporalem, & æternam consolationem accipere. Nec solus honor, sed etiam verus amor communis vitæ cultorem sequitur, & singularem, ac se à communibus laboribus subtrahētē fugit. Nam Prouerbiū Salomonis est: Omne animal diligit simile sibi, sic & omnis homo proximum sibi. Quare qui singulares esse, & videri cupiunt, odia sibi, & inimicitias, ac detractiones aliorum constant, qui verò communium laborum, & studiorum participes sunt, omniū in se amorem, & beneuolentiam conciliant. Atque ideo sapiētē Dionysius Richelii operum similitudinem monet vt fomentū amoris. Ex similitudine, inquit, nascitur amor, & ex vnitare similitudo emanat. Porro ex eodē res nutritur, & cōstat, vt Aristoteles dixit, vnde vitæ, actuumq; paritas internam affectionem conferuat, nutritque. Hinc enim dicitur, quoniam omne animal sibi simile amat: & vt Ambrosius asserit: Nil tam secundum naturam, quàm amare na-

turæ consortem. Itaque qui cum alio stabilem cupit dilectionē seruare, ei (vt fas est) in exercitiis, exercitiorumque desiderijs parem se exhibeat: idque quo alium ostēdi, grauarive metuit, vitet, semper nihilominus vera seruata rationis mensura. Quem ergo amorem erga se fratrum conciliabit, qui ab aliorum studiis se sequestrans, & ab aliis dissimiliter viuens omnibus odiosus efficitur? Hunc omnes notat, omnes iudicat, nouæ eius viuendi rationi detrahunt, & qui non detrahunt, fortē in vitæ laxitate sequuntur. Quamobrem talis hominis vita & conuersatio vniuersis est noxia, & his, qui eā imitantur, & his etiam qui eam detestantes obmurmurationibus lacerant, & risu; ac dicerijs proscindunt. Sed fortassis aliquis istorum, qui ob immoderatam amorem corporis vitam regularem auersantur, adeo est humanis affectibus mortuus, vt nec honorem querat, nec amari à fratribus cōcupiscat. Id per risum dictum intelligatur, quomodo enim, qui suam carnem nō domat, subtilioribus affectibus imperabit, & hostes fortiores euincet? At ita sit quod humanis affectibus mortuo, nihil aliud querat, nisi in vera sapientia, & perfecta charitate proficere. Quam ratione proficiet, qui instrumēta proficiēdi contemnit, & sola veste religiosus, affectibus, & operibus sæculariter viuunt? Nōne instrumenta perfectionis sunt ieiunia, sunt vigiliae, sunt iuges preces, est obedientia, est asperitas vitæ, est arcta custodia disciplinæ? Bene ergo perfectus erit, qui disciplinam non seruat, qui ab operibus perfectionis seipsum elōgat? Numquam humanus affectus, inquit, Richardus Victorinus, ad æternitatis desiderium perfectē inflammatur, numquam humanus intellectus ad æternorum contemplationem plenē acuitur, nisi carnis cura etiā in rebus licitis, multumque necessariis frequenter fortiterque repellatur. Ex cuius dictis euidenter liquet, quàm longissimē à diuinis illustrationibus, & cœlestibus desiderijs abesse, qui non solum admodum necessaria nō repellit, verum etiam ob rerum superfluarum & corporalium commoditatem amorem minimæ regulæ, & professionis suæ statuta custodit.

His consideratis, proprij corporis nimis amator seipsum à proprij amoris nexibus liberet, & ad vitæ ciborum, indumentorum, & commodorum singularitatem desiderio rerum æternarū exacuat. Expendat, secum bona corporis, vilia, & corruptibilia esse, bona verò animæ pretiosa esse, atque perpetua: quæ pro illis, quorum possessio nec in bonis numeranda est, nullo modo sapiens homo patietur amittere. Roboret ad laborem, & custodiam regulæ corpore suum illa mirabili exhortatione Bernardi, quam libenter his nostris scriptis inseremus, nisi eius longitudo tædium aliquod esset, legentibus allatura. Sed id profecto timendum non est, quia ista legentes libentius sanctissimum patrem, quàm me audient, & clarissimi Doctoris sermones auidius, quàm meos imperitos auscultabūt. Humanum itaque corpus alloquens, & monens, sic ait: Propterea noli, o corpus, noli præripere tempora: potes enim impedire anime tuæ salutem, tuam ipsius operari non potes. Omnia tempus habent. Patere vt nunc anima pro se laboret, magis autē etiam collabora ei, quoniam si compateris, & cōregnabis. Quātum eius impedis reparationem, tātum impedis tuam: quod nimitum ante reparari nō poteris, donec suā in ea Deus imaginem videat reformatā. Nobilem hospitem habes, o caro, nobile valde, & tota salū tua pēdet de eius salute. Da honorē hospiti tātō. tu quidē habitas in regione tua: anima verò peregrina, & exul apud te est hospitata. Quæro te, quis rusticus, si fortē nobilis, & præpotēs

Richardus
de ex-
terminat.
mali. c.
26.

Bern. fr. 6.
6. de ad-
uentu.
Ecl. 3.

2. Tim. 2.

quispiam apud eum voluerit hospitari, non libenter in angulo domus suae, aut sub gradibus eius, vel in ipsis cineribus accubabit, cedens hospiti suo locum (sicut dignum est) potiorum? Et tu ergo fac similiter. Iniurias, vel molestias tuas ne reputaueris; tantum, ut hospes tuus honorifice possit apud te demorari. Honor tibi est, ut pro eo interim te exhibeas in honore. Ac ne forte despicias, aut parui pedas hospitium tuum, pro eo quod peregrinus tibi videtur, & advena: Diligenter accede, quid hospitis huius tibi praesentia largiatur. Ipse enim est, qui tribuit oculis visum, auditum auribus praestat, ipse est, qui linguae vocem, palato gustum, motum membris omnibus subministrat. Si quid vitae, si quid sensus, si quid in te decoris est, huius hospitis beneficium recognosce. Deinde discessus eius probat, quid praesentia conferat. Protinus enim anima discedente, lingua silebit, oculi nihil videbunt, obsurdescent aures, corpus omne rigebit, facies expallefecit. In breui quoque torum cadauer, putidum simul & putridum fiet, & decor omnis in sanie conuertetur. Ut quid ergo pro temporali qualibet delectatione coartas, & laedis hospitem istum, quam nec sentire quidem poteris nisi per ipsum? Ad haec si tantum tibi confert exul, & inimicitiarum causa a facie Domini sui eiectus, quantum tibi praestabit reconciliatus? Noli o corpus, noli impedire reconciliationem illam, quoniam gradus tibi exinde gloria paratur. ratiociner, imo & libenter, temetipsum exponere ad omnia, nihil dissimules quod huic videatur reconciliationi posse prodesse. Dic hospiti tuo: quia recordabitur Dominus tui, & restituet te in gradum pristinum, & tu memeto mei.] Omnia enim memor erit tui in bonum, si bene serueris illi: & cum peruenerit ad Dominum suum, suggeret ei de te, & loquetur bonum pro bono hospite, dicens: Cum in ultionem culpae suae exularet seruus tuus, pauper quidam apud quem hospitatus sum, fecit mecum misericordiam, & vtiua retribuat ei pro me Dominus meus. Primum siquidem omnia sua, dehinc etiam semetipsum exposuit, utilitatibus meis, non parcens sibi propter me, in ieiuniis multis, in laboribus frequenter, in vigiliis supra modum, in fame & siti, etiam in frigore & nuditate. Quid igitur profecto non metitur scriptura, quae dicit: Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet.] O si forte gustare dulcedinem hanc, si forte gloriam istam valeas aestimare: Mira enim dicturus sum, sed tamen vera, & omnino indubitata fidelibus. Ipse Dominus Sabaoth, Dominus virtutum, & rex gloriae, ipse descendit ad reformanda corpora nostra, & configuranda corpori claritatis suae. Quanta erit illa gloria, quam ineffabilis exultatio, quando creator vniuersitatis, qui pro animabus iustificandis humilis, anteuererat, & occultus, pro te glorificanda, o misera caro, sublimis veniet, & manifestus: non iam in infirmitate, sed in gloria, & maiestate sua? Quis cogitabit dies aduentus illius, quando descendet cum plenitudine luminis, praecurrentibus Angelis, & tubae concetu excitantibus de puluere corpus inops, & raptibus illud obuiam Christo in aera. Quousque igitur caro misera, insipiens, caeca demens, & prorsus infana caro, transitoria, & caduca quaerit consolationes, imo desolationes, si forte contingat repelli, & indignam iudicari hac gloria, magis autem nihilominus ineffabili in aeternum excruciarum poena. Haec omnia Ber nardus: quae consulto ad legem scripta sunt, quoniam non iam cor tepidum ad sanctos, & moderatos religionis labores excitabit, sed etiam peccus ferreum emolliet. Si enim amor bonorum praesentium, & bonorum futurorum nos ad labores perferendos instigat, haec dicta, o religiose, attentè meditare, & tanta

A bona meritorum in praesenti via, & tanta praemiorum in futura tibi ob modicum laborem promissa reperies, ut illorum causa non dubites duram aliorum conuersionem sequi, sed & ad duriores labores aspirare. Ista ad molles, & delicatos dicta sunt, nunc verò cum aliis loquamur, qui contrariam viam ingrediētes, in eundem scopulum singularitatis impingunt. Hi autem sunt, qui nequaquam communi aliorum fratrum distractione contenti maiora audent, & mille nouitates contra praetorum, & patrum spiritualium voluntatem, ad corpus suum castigandum & conficiendum inueniunt. Isti aggrediuntur immoderata ieiunia, vigiliis usque ad multam noctem, vel usque ad lucem protrahunt, flagellis inuictis, & ferreis loriceis corpusculum domant, & nullo modo cum aliis fratribus in ratione viuendi consentiunt, sed illos, ut carnales, & imperfectos despiciunt. Haec autem faciunt (& sibi quidem ita videtur) ut breuius, & compendiosius ad perfectionem veniant, & patres antiquos eremi cultores, qui ista fecerunt, imitentur: reuera autem faciunt, ut breuissimè vires naturales exhauriant, & se ineros ad onera religionis efficiant, & a nimio rigore, qui illis causa superbia est, ad nimiam laxitatem, & ad saecularium molities cito defleant. Isti, quia in viribus suis, & non in Domini virtute confidunt, traditi sunt Dæmonio meridiano, a quo, sicut & ab aliis humani generis aduersariis, solum defendit diuina protectio. Scuto, inquit, circumdabit te veritas eius, non timebis à timore nocturno, à sagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris, ab incurso & dæmonio meridiano.] Nolunt enim à Domino regi, nec à Praetatis, qui Domini auctoritate imperant cæteris, gubernari, & ideo Dæmonium meridianum illos decipit, quod (ut nunc reliqua taceamus) illud est, quod sub specie boni, atque praetextu sanctitatis ad malum impellit. Hos autem esse isto genere tentationis illusos Richardus manifestè proficitur, dicens: Quis autem illud nesciat, quod in hora meridiana esse solet, & claritas maior, & calor feruentior: quasi ergo cum summa luce, & feruore dæmones ad nos veniunt, quando fraudis suae nequitiam dissimulantes sub sanctitatis specie ad peruersitatem nos pertrahere student, & satagunt. Lux ad discretionem, & calor peruenit ad deuotionem. Cum luce ergo & claritate dæmones ad nos veniunt, quando in eo quod fraudulenter suggerant, non modò discretè, verum etiam deuotè acturos nos etiam promittunt, & persuadere contendunt. Fit autem saepe, ut huiusmodi fraudulenta tentatione infatua mens eò usque desipiat, ut in eo ipso, quod ex dæmoniaca persuasionem accipit, cæteris se credat, & rectius sapere, & sanctius agere. In hunc itaque modum Angelus Satanæ transfiguratur se in angelum lucis: & sub virtutis specie, formaque sanctitatis ministrat consilia erroris, peragiturque negotium iniquitatis. In hunc, inquam, modum dæmonium meridianum quosdam fraudulenter supplantat, in tantumque infatuat, ut in suis singularitatibus, quas circa consilia fratrum, circa precepta patrum praesumunt, imò in suis rebellionibus, quas in suos praetatos assidue committunt, putant se cæteris omnibus sapientiores, & cæteris omnibus sanctiores.] Vides ergo iam (ut arbitror) quam rectè huiusmodi tentationem fraudulentam per dæmonium meridianum propheta designat, quae mentem hominis sub specie sanctitatis supplantat.] Sed quantum uis dæmon iste luce, & feruore se uestiat, non posset homines singulares, & superbos latere, si ipsi suas mentes aduertent, in quibus salam lucem, & eminentium feruorem inuenient.

Gen. 40.

Psal. 114.

Psal. 90.

Richard. ad Ps. 90.

Nam

Nam falsa est illa lux, quae illis facit in semetipsos
considerare & ceteros velut tepidos, & carnales asper-
nari: & ementitus ille feruor, qui ad breue tempus
mentem calefacit, vt exhausto corpore aggrauata
vsque in finem intepescat. Non tamen vident ista,
quia solis exterioribus inhaerentes, internam animae
emendationem non curant, & facti sui ipsorum ma-
gistrum Praelatorum, atque maiorum ducatum omni-
no despiciunt.

Hos etiam vitium singularitatis depascit, & multo
periculosius quam primos, quoniam illi manifeste
oppugnati, facile possunt laqueum aduertere, & se ad
vitam saecuralem deserendam incitare: hi vero sub
boni specie decepti, & omnibus se in sapientia prae-
ferentes, a quo ad sanam mentem reducuntur? Audi
Psal. 79. Psal. 79. Exterminauit eam, inquit, aper de sylua, & singularis ferus de-
pascit eam.] Aper animal est foliagum, quod in
syluis, & montibus commoratur, & aliorum anima-
lium fugit amata consortia. Et idem (vt placet Au-
gustino,) vocatur singularis ferus, quod ob suam fe-
ritate solitudinem amat, & aliorum se esse comitem
dedignetur. Conuenienter autem (auctore Bernardo)
vitium singularitatis designat, illud praecipue quod
ab elatione, & superbia metis exoritur, quoniam vi-
tam amat, a consortio aliorum fratrum alienam. Hoc
vitium Luciferum e suprema inter angelos felicitate
deiecit, quia aliis statibus ipse sedere, & aequalitatem
habere ad Deum concupiuit. Angeli quidem vniuer-
si coram suo stabant conditore: nam scriptum est. Se-
raphim stabant super illum: scilicet super templum
vbi gloria Domini se ostendebat. Et rursus: Millia mil-
lia ministrabant ei, & decies millies cetena millia
assistebant ei.] Et Paulus ait: Nonne omnes sunt ad-
ministratores spiritus.] Angelis statibus superbus
Lucifer voluit sedere, & dixit in corde suo: Sedebo
in monte testamenti, & similis ero Altissimo.] Ista su-
perbia singularitatis, & singularis superbia illi e man-
sionibus caelestibus deturbauit, & cum suis sequaci-
bus in infernum detruxit. Ipsa etiam saepe homines ab
ea, quam coeperunt, iustitia deiecit. Quae enim in su-
premos Angelos fortis fuit, etiam in homines praeua-
lebit: & qui voluerunt super capita suorum fratrum
ambulare, postea corporeis incommodis illigati, cu-
piunt, nec possunt, eorundem pedibus adherere. Id est,
qui pra superbia voluerit maiora, & difficiliora pre-
sumere, postea non valent vitam communem serua-
re, & debent, (vt viuant) mille indulgentiis, & regulae
relaxationibus suffulciri. A iusto autem iudice hac pec-
na, & quidem graui puniuntur, vt semper sint singu-
lares. Prius quidem singulares superbi quibus comu-
nis vita delicata, & mollis apparebat, cum satis sit du-
ra. Postmodum singulares tepidi, & pusillanimes,
quorum iudicium est vitae totius congregationis esse
sibi intolerabile, cum tamen regulam discretionis non
excedat. Ionas Niniuem ciuitatem iam conuersam ad
Dominum, & poenitentiam agentem ingredi detrecta-
uit, & ad orientem ciuitatis solus resedit, nouaque ad-
uersus ardorem solis umbracula requisit, dum vero
minus putabat, umbra hederarum submota est, vt ipse
vsque ad desiderium mortis solis ardore combustus. Imago
est profecto hominis singularis, qui commune con-
uersationem iustorum spernens, & nouam, ac inuisi-
tatum viuendi rationem inducens, aut aestu superbiae
cruciat, aut si pra corporis imbecillitate perseverare
non possit, verum iracundiae, atque indignationis
assiliente cotroditur. Non si prudentes religiosi, qui
conuentualem vitam non deserentes, super vias iam
cognitas, & tritas pascuntur, & in omnibus planis
pascua eorum. Quia non esurient, neque sicient, &

Psal. 79.

Aug. ib.

Isa. 6.

Dan. 7.

Heb. 1.

Isa. 14.

Iona. 4.

Isa. 49.

A non percutiet eos aënis & sol, quia miseratur eorum
reget eos.] Profusus illos regit Dominus, qui non se-
iplos regunt, & se a Praelatis sinunt gubernari.

Sciatis illi, vt suae superbiae, & singularitati medea-
tur, non esse placitam Domino conuersationem, licet
externa specie bonam, quae vnitatem vitae religiose
discindit, quae alios fratres scandalizat, & quae non est
Praelatorum mandato, & voluntati conformis. Neque
in hoc mihi, sed Bernardo fidem adhibeant, qui ait:
Dicebas fortasse, sufficit mihi, si tantum Deus appro-
bat quod ago, quae mihi de humano cura iudicio? Sed
certus sis, quod ei minime placeat, quicquid cum sca-
dalo filiorum eius, & contra ipsius feceris voluntatem,
cui obedire te tanquam eius vicario oportebat. Sancti-
ficate, inquit, ieiunium, vocate coetum.] Quid est enim
coetum vocare? Vnitatem seruare, diligere pacem, fra-
ternitatem amare. Superbus ille Phariseus ieiunium
habuit, ieiunium sanctificauit, qui nimirum & ieiuna-
uit bis in Sabbato, & gratias egit Deo, sed non voca-
uit coetum, dicens: Non sum sicut ceteri hominum,]
ideoque ala vna nitens ieiunium eius non peruenit in
caelum. Vos ergo charissimi, lauate manus vestras in
sanguine peccatoris, & omnino solliciti estote, vt a-
las duas habeat ieiunium vestrum, sanctimoniam scilicet,
& pacem, sine qua nemo videbit Deum. Sancti-
ficate ieiunium, vt pura intentio, & deuota oratio
diuinae illud offerat maiestati. Vocate coetum, vt co-
gruat vnitati.] Rursus alio loco ait: Ceterum, & si
iustus germinat sicut liliam sed non ad liliam sponsus
pascitur, nec in singularitate concipitur sibi. Audi deni-
que inter lilia commorantem: Vbi duo vel tres con-
gregati fuerint in nomine meo, ibi sum in medio eor-
um.] Amat semper media Iesus, diuerticula sem-
per, & reclinatoria reprobata filius hominis Dei &
hominum mediator.] Sciatis etiam, se nequaquam Do-
mini, sed propria voluntate regi, qua sapienti homi-
ni nihil magis debet esse suspectum. Nec ignorant
in sua conuersatione se non Dominum imitari, qui non
tantum fecit voluntate in Patris qui in caelis est, ve-
rum & voluntatem matris atque nutricis noluit pro-
terere. Quod auctoritas quoque Bernardi confirmat.

C Non vultis, inquit, esse communi contenti vitae, non
sufficit vobis regulare ieiunium, non solemnes vi-
giliae, non imposita disciplina, non mensura, quam vo-
bis partimur, in vestimentis & alimentis, priuata praefertis
communibus: Qui vestri cura semel nobis tre-
didistis, quid rursus de vobis non intromittitis? Na
illa, qua toties Deum conscientiae vestris testibus of-
fendistis, propriam scilicet voluntatem vestram, ecce
nunc iterum magistratam habetis, non me: Illa vos natu-
ra docet non parcere, rationi non acquiescere, seniorum
consilio, vel exemplo non obtemperare, nobis non
obedire. An ignoratis, quod melior est obedientia, quam
victimarum?] Non legitis in regula vestra, quod quicquid
sine voluntate, vel consensu patris spiritualis fit, vana
gloriae deputabitur non mercedi? Non legitis in Eu-
angelio, quam formam obedientiae puer Iesus pueris sa-
ctis tradiderit? Nam cum remansisset in Ierusalem,
& dixisset in his quae patris sui erant oportere se ef-
fere] non acquiescentibus parentibus eius, sequi illos
in Nazareth non despexit, magister discipulos, Deus
homines, verbum & sapientiam fabrum, & foeminae.
Quid & addit sacra Scriptura? Et erat, inquit, subdi-
tus illis.] Quousque vos sapientes estis in oculis ve-
stris? Deus se mortalibus tradit, & subdit, & vos in
vitiis vestris adhuc ambulatis?] Si autem haec singula-
ritatis amatores sciuerint, non dubitabunt commu-
nia fratrum studia statuta antiquis approbata, parti-
cularibus exercitiis merito, & sanctitate praeferre.
Id enim est quod ait Leo Papa: Diuinarum reueren-

D
E

Bern. ser. 4. Quae dragefina.

Isa. 2.

Isa. 18.

Idem sermo Beatae Mariae.

Mat. 18.

Idem ser. 19. in C. 2.

1. Reg. 15.

Luc. 2.

Leo ser. 3. de ieiunio. 7. mensu.

cia san & ionu, inter qua libet spontanea obseruatiua
 studia, habet semper privilegium suum; vt sanctius
 sit, quod publica lege celebratur, quam quod priuata
 institutione dependitur. Si ergo in suis pijs studiis
 sancti, & feruidi religiosi volunt proficere, volunt
 propriam voluntatem proterere, voluit Deo placere,
 & Christum exemplar sanctitatis imitari vitam sua
 professione probatam in omnibus teneant, & omni
 singularitate exercitiorum abstineant. Id autem fac
 cient, non quidem si sola sibi iniuncta perficiant, &
 vniuersa opera supererogationis omittant, sed si co
 munita nunquam deserant, si ea specialibus prefe
 rant, si specialia de consilio prelati, aut patris spiri
 tualis assumant, & si in illis humilitatis causa se cre
 tum quantant, ne alios, quantum fieri possit, exer
 citationibus inuictis offendant.

Religiosus otiositatem odio habeat.

CAP. XXVII.

IDICIMUS, quam magnum impedi
 mentum perfectionis sit singularitas
 vita, nunc discamus, quam magnum sit
 otiositas, vt non minus istam pestem,
 quam illam fugiamus. Et vere pestis
 est, que non vnum aut duos, sed multos religio
 sum iungit, & (si bene quid sit, intelligatur) eorum
 vitam, moresque peruatit. Magnu igitur est perfe
 ctionis impedimentum, imo multiplex impedimen
 tum: quoniam licet otiositas vnum tantum vitium
 sit, a reliquis natura seiunctum, virtute tamen a pa
 tribus vocatur, & merito, initium, ac origo omnium
 malorum. Quod si perfectio non vnum tantum est
 bonum (vt diximus) sed cumulus, & aceruus omniu
 virtutu, nihil sane magis egerit aduersum, quam vitium
 omnibus bonis contradicens. Multam malitiam do
 cuit otiositas, inquit Ecclesiasticus, si autem mul
 tam malitiam docet, certe multis virtutis donis ad
 yerlabitur. Est autem otiositas non solum a sanctis,
 & necessarijs studijs inepta vacatio, verum etiam in
 rebus inutilibus, & nostro statui non congruis occu
 patio: ex quo elicitur eam non paucos religiosorum
 suo dominio subdere, neque omnes occupatos esse a
 vitio otiositatis exemptos. Nam si rebus vanis inte
 dant, & studijs inutilibus occupentur, profecto mul
 to perniciosius otiosi sunt, quam si nihil omnino fac
 erent, & totos dies noctesque dormirent. Religio
 sus ergo, vt otiositatem vitet, & istud magnum im
 pedimentum perfectionis abiiciat, semper, aut studijs
 interioribus qualia sunt oratio, cōtemplatio, lectio,
 aut actionibus externis, in quibus functiones ad ani
 marum salutē ordinatas numeramus, vel operi ma
 nuum insistant. Ita videlicet, vt studia interna occu
 pationes externas dirigant, & moderentur, externa
 vero opera internos labores animi, dum intercidit
 tueat. Qui nisi externa aliqua intermissione cessarent,
 ob carnis imbecillitatem diu perseverare non
 possent. Hęc autem sic intermissa, & congruis tem
 poribus acceptata: non sine ingenti iucunditate me
 nta nostra apud omnium bonorum remunerationē
 augmentant. Quare illi, qui otio tabescebant, a pa
 tre familias sunt vehementer reprehensi, & audie
 runt: Quid hic statis tota die otiosi: quia scilicet hic,
 id est, in loco meritorum prouehendorum orari, &
 non illa, vel metis, vel corporis laboribus adaugere,
 ingenti debet stoliditati mentis ascribi. Sicut e con
 tra magna sapientia tribuendum est in officina bono
 rum operu aliquid semper quod Deo placeat di

Aliger operari. Gloriam enim sapientes posside
 bunt, que sane laborum est primum, & non otio
 sitati, sed bene operandi cura respondet.
 Dominus quidem, qui hominem propter semet
 ipsum videndum & possidendu condidit, & ad eter
 num premium vocauit, otiositatem vetuit dum pri
 mo mortalium parenti laborandi preceptu indixit.
 Quin & post lapsum idem preceptum iterauit, dum
 in labore corporis & sudore vult ab ipso primo pa
 rete pane comedendu esse pramonuit. Merito laute
 iussio hac, & in statu innocentie, & in statu peccati
 lata est, vt sciremus, otiu & innocentie aduersari, &
 peccatis coniuere, honestu vero labore tum peccata
 destruere, tum innocentie esse custode. Imo & vt non
 ignoraremus Dei voluntate esse, vt innoces aliquid
 operetur, quod innocetiam augeat, & peccator ali
 quid elaborer, quod pro suis peccatis satisfaciat. Deu
 vero hominem non ad segnitiam, sed ad honestos
 labores, & studiosas occupationes creasse Basilius as
 truit his verbis. Neque enim eo consilio Dominus
 hominem finxit, vt segnis, ac languens desideret, sed
 contra potius, vt esset, qui se in laboribus honestis
 exerceret. Quadoquidem & primo in paradiso Adea
 precepit, vt laboraret, & paradisu ipsum custodiret,
 (etsi enim hisce verbis alior quidam adiunctus est
 sensus, nihilominus tamē propterea hoc ipsum etiā
 quod omnibus expositum est imitatione, ac studio
 dignum est) & cum deinde postquam ex eo ille cecidit
 exulauit, sententiam tulit, vt pane suo in sudore vul
 tus sui vesceretur. Quod autem, que Adea dicta tūc
 fuerint, ea omnibus etiam dicta sunt, qui ab eo sint
 oriundi, ex hoc liquidd percipi potest, quod cum il
 lum tantummodo tum nominatum Deus morte mul
 tasset, quando dixit: Terra es, & in terram reuertaris.
 Nihilominus tantis omnes quotquot ab ea origi
 ne duxere, eiusdem firmiter vna cum eo calamitatis
 participes extiterit. Quamobrem conuenit vnum
 quemque neque nature ordinē, neque prescriptos a
 nature optice limites transire, potiusque in his
 continere se, & corpus in actione aliqua occupatum
 tenere, illudque providere, ne ipsum, dum grauius,
 quam par est premit, opprimat. Qui & hac de causa
 precipit macerationem corporis esse discretam, ne
 si carnem immodicis ieiunijs aut immoderatis vigi
 lijs, aut alijs asperitatibus cofecerimus, ad honestos
 corporis mentisque labores reddamur inepti. Ideo
 autem, & corporis & mentis mentionem facimus,
 quonia Deus nos, vt vctigalia spiritalia & corpora
 lia soluere, ex corpore, spirituque coepigit. Nec
 otiositate debita ratione vitamus, si more spirituum
 volumus obsequia mentis offerre, in quo no poterim
 perdurare, nec si ad similitudine animaliu ratio
 nis expertum cupimus solo corporis labore seruire.
 Sed quia duplici parte spiritali, & corporali costam
 mus nunc mens orando, meditando, & amado, nunc
 corpus abstinedo, flagra, & cilicia sustinedo, aut ali
 quid operis faciendo laborer. Qua eruditione nobis
 Dominus dare constituit sacrificia scripte legis non
 de animalibus tantu, sed de auiibus quoque tibi pra
 cepit offerri. In animalibus corporalia obsequia, in
 auiibus spiritalia designauit, que ad similitudinem
 auium sublimius se efferunt, & suauiora, ac delicia
 ra palato Domini esse noscuntur. Sic erimus similes
 fecudis arboribus, que & sibi metipsis copiosa sunt,
 & alios fructuum vbertate delectant, ita & nos bonis
 operibus abundamus, & aliorum aut metibus, aut
 corporibus inueniemur fructuosi. Nullus enim est
 otiositatem fugiens, & sincera intentione laborans,
 qui doctrina, aut vita, vel certe alicuius obsequij aut
 beneficij exhibitione non alijs vtemur que proficiat

Gen. 2.

Basili. e. 1. monast. c. 5.

Gen. 3.

Religiosus otiositatem odio habeat.
 Ecc. 3.
 Matt. 20.

Justinia
in ligu.
vita: tra.
Stat. deti
more. c. 2.

A. F. 20.

A. F. 20.

Prou. 28

Cassia. li.
10. de spi-
ritu acci-
c. 2.

1. Corint.
1.

Ephes. 4.

Quantum autem sibi prodest, qui otiosus pellit, & sanctis laboribus occupatur non potest breui sermone explicari. Sicut enim otiositas est paupertatis spiritalis initium, ita honeste occupationis assiduitas celestium diuitiarum est seminarium. Nihil in sancto proposito otio deterius, inquit Laurentius Iustinianus, quod non solummodo non acquirit noua, sed etiam acquiritur consumit. Ergo nihil in sancto proposito laboris pretiosius, qui & quaesita promouet, & noua semper dona conquirunt. Hic labor est, qui non ut mendicis aliorum bona desiderat, sed ut diues, & sibi, & aliis sufficiens, fratribus necessitate patientibus ipsorum indigentiae subsidium impertit. Audi quaedam otiositatis hostem, & laboris amatorem, quam assueuerat istud fateatur. Argentum inquit, & aurum, aut vestem nullius concupiscimus. Ipsi scitis, quoniam ad ea, quae mihi optantur, & his qui mecum sunt ministraverunt manus istae. Ista de corporali labore, sed de spiritali quid dicit. Vos scitis a prima die qua ingressus sum in Asiam, qualiter vobiscum per omne tempus fuerim: seruicus Domino cum omni humilitate & lachrymis, & tentationibus, quae mihi acciderunt ex insidiis Iudaeorum, quomodo nihil subtraxerim vtilium, quominus annuntiarem vobis & docerem vos publice, & per domos, testificans Iudaeis atque gentilibus in Deum poenitentiam, & fidem in Dominum nostrum Iesum Christum. O quam verum sibi in omnibus abundabat, qui comitum suorum necessitati suis manibus subueniebat, & Iudaeis, ac gentibus ad fidei & ad sanctitatis adeptionem adiumento erat. Hanc otiositatem, ac desidiam detestantes, & honestos labores suscipientes imitantur, qui non vitam inutilem in terris ducunt, sed proximis suis, aut in temporalibus, aut in spiritalibus beneficiis pertransunt. At otiosus semper pauperes, & inutiles sunt: quos notat Salomon illo proverbio: Qui operatur terram suam satiabitur panibus, qui autem seclatur otium replebitur egestate. Nonne vides quomodo laborantibus diuitias, otiosis vero, & desideribus mendicantem ascribit. Illorum autem opes ex istorum paupertate cognosce, quam in hunc modum Cassianus exponit: Otiosus replebitur paupertate vel visibili scilicet, vel inuisibili, quia necessitas est otiosum quemque & diuersis vitiis inuolutu tenet, & alienum semper existere a contemplatione Dei, vel diuitiis spiritalibus, de quibus Beatus Apostolus: Quia in omnibus, inquit, diuites facti estis in illo, in omni verbo, & in omni scientia. Si haec est otiosorum paupertas, laborantium diuitiae in verbo & in scientia consistunt: Non in verbo, quod aeternum verberet, neque in scientia, quae mentem inflat, & in superbia efferat, sed in verbo, quod mentes erudiat, & in scientia, quae doctorem ipsum, & audientes edificet. His diuitiis strenui operatores ignorantes docent, frigidescens accendunt, pusillanimes roborant, & sibi metipsis novos meritorum thesauros accumulunt. Non sunt hi fures temporis, qui illud ab vtilibus studiis surripiant, non fures vitium a Domino concessarum, quas torpore languere faciant, non raptores talentorum sibi ad lucrum commissorum, quae in sudario otiositatis abscondant, sed largi suorum bonorum dispersores, qui necessitatem patientes sustentant. Implent illud Pauli: Qui furabatur, iam non furetur, magis autem laboret operando manibus suis, quod bonum est, ut habeat, unde tribuat, necessitatem patienti. Multis quidem fratrum necessitatibus laborantes subueniunt. Nunc enim deuos consilio dirigunt, nunc inquinatos poenitentiae administratione mundant, nunc caecos doctrinae effusione illuminant, nunc maestos consolationis verbo consolantur, nunc oppressos sua auctoritate tue-

A tur. Quis non videat istos diuites esse, quorum labores non sibi solis, sed aliis etiam abunde sufficiunt. Si vero diuites a diuitibus visitantur, & honorantur, in hoc etiam otiositatem fugientes, & solliciti laborantes diuites esse comperimus, quod spiritus illi caelestes, qui diuitiis, & deliciis affluunt, dignum ducunt, huiusmodi homines visitare, & concupiscibilibus subsidiis afficere. Tobia iter agenti, ut pecuniam suo patri debitam recuperaret, Angelus Raphael secum comitem praebuit: Iacob in itinere constitutus, & ad quaerendam suae gentis sponfam properantem, Angeli in somnis apparentes consolantur. Prophetam, aut Dei virum deferent empulmentum melloribus Angelus Domini ad pascendum Danieli, & ad altioris misericordiae opus excitauit. Quid hoc? Nisi quod caelestes spiritus laborum gressibus in caelum eutes visitant, & eorum conatus non sine ingesta nobis admiratione consummant. Agnoscat igitur homines, inquit Bernardus, quoniam qui in labore hominum non sunt, visitari ab Angelis non merentur. Agnoscant quam placeat supernis ciuibus labor, cuius spiritualis intentio est, quadoquidem & eos, qui pro victu corporis, corporali urgente necessitate laborant, suo dignatur alloquio, & alloquio tam felici, nimirum humanam in eis agnoscent ordinationem, qua constituit Deus, ut in sudore vultus sui vescatur Adam pane suo. Et id profecto dicit, quoniam Angeli dominici natalis nunciij, non superbos reges, non nobiles delicatos in lectis eburneis lasciuientes, sed viles pastores laborantes, & vigilantes, & custodientes vigilias noctis super gregem suum luce fulgentes, & gloriam Deo ac pacem terrigenis concinentes visitant. Si tu vis angelorum consortio frui, si cupis caelestibus donis ditari, si desideras ad Dominum videndum, & adorandum peruenire, iuxta tuam uocationem in rebus ad te pertinentibus sine vlla intermissione labora. Angeli pie laborantes visitant, ut ad potiora bona incitent, diabolus vero otiantes, & delinquentes, ut ad omne genus malorum impellat. Mater namque nostra Heua otiosa erat, cum veterinosus serpens eam inuisset, & pomi vetiti ostensione sefellit, Sodomitae quoque otiosi erant, cum eos Daemon ad tam immania monstra flagitiorum adiecit. Unde scriptum est: Quae fuit iniquitas Sodomae sororis tuae? Superbia, & saturitas panis, & abundantia, & otium ipsius & filiarum eius. Egregie proinde scribit Hugo Victorinus: sed etsi a lectione cessatur, debet manuum operatio subsequi, quia otiositas inimica est animae, & antiquus hostis, quem a lectione, vel oratione vacantem inuenit, facile ad vitia rapit. Et Cassianus haec est apud Aegyptum ab antiquis patribus sancta sententia operante monachum de mone vno pulsari, otiosum vero innumeris spiritibus deuari. Verum ista est, quem enim spiritus nequam otiosum, & desidiosum non aggreditur, non expugnat, non deuiat, non ad omne malum vincit, & alligatum catenis foecundiae trahit. Cogitationes tale religiosum minus honeste, imò plane lasciuiae & impudiciae deludunt, desideria elationis & superbiae inficiunt, ambitio inflat, vanitas iactat, contemptus proximorum irritat, sui aestimatio distendit, & nullum est vitium, quod non mentem ab aliquo bono opere vacantem operiat. Idem ait Salomon: vacantes potibus, & dantes symbola consumuntur, & vestietur pannis dormitatio. Quoniam vacant potationibus, & conuiciis omnis abstinentiae, & sobrietatis inimicis, nisi qui ab honestis operibus vacant. Qui conferunt ad impuras cenas symbola, nisi qui se mutuo ad securitates & detractiones inuitant, quia ea renouunt admittere, quibus fructuosè tempus infumant. His est sumptio seruata est

Tobia 5.
Gen. 28.
Dan. 14.

Bernard.
ser. 3. de
Natiuit.

Gen. 3.

Luce 2.

Gen. 3.

Ezech. 26

Hugo. lib.
1. de clau-
stro c.
14.

Cassia.
10. de spi-
ritu acci-
c. 23.

Prou. 23

est. c.

quoniā vt homines insipientes sine vilo merito ex hac vita discedent. Pannis etiā ignominiosis vestietur, nimirū vitis ex desidia nascentibus, quæ eos non ad honorem, sed ad ignominia operient. Non induit isti Dominum Iesum Christū.] sed Dæmonis imitatione vestiuntur, cuius est prauis suasionibus homines ad malum impellere. Non induunt loriceam iustitiæ, & charitatis quia nec debito muneri satisfaciunt, cuius est nouis insistere virtutum augmentis, nec per affectū dilectionis aliquid operantur. vt proximis profint. Nō denique cū spirituali Ierosolyma operimentis gloriæ vestiuntur, quibus nō indumenta gloriōsa, sed suæ otiositatis increpationes, & pœnæ tamquam ignominiosa velamini paratæ sunt.

Ex hoc apparet quod otiosus, non vestimētis gloriæ, sed ignominia indumentis se contegat, quia ab omnibus notatur, ab vniuersis reprehenditur, & nō est, qui illū nō fugiat, non auerferur, & non communi cibo indignum existimet. Ratum enim ac firmum subsistit Pauli præceptū: Si quis nō vult operari, nec manducet.] Quis ergo dignum cibo putabit eū, quē non laborantem non aliquid fructuosum agentē, sed desidem, & otio dissolutū aduerit. Quis istum non increpet in corde suo, cuius vitam inanē profus esse cōspicit, & dies vanos, & inutiles. Posuit Dominus signū in Cain, vt à nemine interficeretur, & ipse vagus & profugus super terrā effectus, à nullo quidem cocidebatur, sed ab omnibus ad suā ignominiam agnoscebatur, quia ipse esset, qui fratrem vitam priuauit, nec Domini iussū cōpleuit.] Ita otiosus signum suæ desidiæ, & puillanimitatis gestat, quo omnes fratres esse illum agnoscunt, qui munus sibi demādatum laborandi & virtutem augendi non implet. Indissolubilis est hic curiositatis amicus, quoniā dum sibi inuncta, & ad se attentia nō perficit, vanis, & curiosis intendit. Audi sanctum Bonauenturam, quomodo otiosum in curiositate collapsū graphicē describat. & videbis quā inanes sunt occupationes otiosi, qui dū sibi domum virtutis non cōstruit, vt est apud Isaiam telas aranearū contexit. Curiosus, inquit, non curāda curat, necessaria negligit, & sui oblitus aliena cōsiderat, notat, & explorat. Si quod insonuerit verbum, anhelat sollicitus ad sciendū: & honestate postposita, id ab inuitis, & celare forsan volētibus inuerecundē requirit. Locis sibi nō concessis congregationi, & colloctionibus fratrum, se ingerit non vocatus: Cū eum abesse putaueris, adest impudēs lateri, adest auri, vt nec secretum valeas occultare sermonem. Obseruat angulos, vagis circumspicit oculis, hæret ad singula, quæ occurrunt: communes obfudet transitus, superuenientiū, & forensium gaudet occursum, rumoribus, & sæcularibus verbis hauriēdis, & referendis intendit. Res sibi non deputatas curiosē reuoluere nō quiescit. Literas etiam alienas, si casu apertas inueniat, inspicere nō veretur, quas tamē licet apertas, vbilibet inuētas, vix aliquis nisi superior licitē inspicit, vel aliis inspiciedas exponit. Rerū quoq; apparatus cura superflua curiositatis vitium clamat.] Ecce occupationes otiosorum, in quibus nihil omnino agunt, quoniam nihil sibi aut aliis vitale moliantur. Sunt hi similes homini, cui ingens auri pondus daretur, quo se, & suam familiā ditaret, & ipse auto contempto magnum onus lapidum, & terræ, suis humeris portandū imponderet. Sic otiosi seipfos nouitatibus curiositatibus, & vanitatibus, onerant, quæ nec sibi, nec aliis profunt, imo non modicū obsunt, & labores vitales, ac studia fructuosa quæ sunt velut aurū, & lapides pretiosos continent. Qui hoc iniquo onere vanitatis se premi sentit, faciat ad excutiendū eū, quod fecerunt filij Israel. Illi enim di-

Rom. 13.

1. Thes. 5.

Isa. 52.

1. Thes. 3.

Gen. 4.

Isa. 59.
Bonaui. in
speculo.
par. 1. c. 6.

A xerunt. Affligerunt nos Egyptij & persecuti sunt imponentes onera grauissima. Et clamauimus ad Deum patrum nostrorum, qui exaudiuit nos, & respexit humilitatem nostrā, & laborē, atque angustia, & eduxit nos de Egypto.] Clament itaque ad Dominum, & postulent ab eo, vt onera desidiæ, & inanium occupationū tollat, & onus religiōsæ disciplinæ eorum humeris imponat. Quod non premit, sed facillimè reficit, ac non sine ingenti utilitate portatur; est enim iugum Domini suauē, & onus leue.]

B Sed quibus in rebus tēpus mœx mortalitatis impendat? In illis certē, quæ tuo statui, & vocationi cōueniant. Nūc attentæ, ac deuotæ meditationi insiste: nunc Davidicos psalmos, non sola voce, sed & mente decanta, nunc alias piās preces in conspectu Domini, & sanctissimæ matris eius, & aliorū sanctorum ab Ecclesia probatas funde: nunc sacra volumina, aut libellos spiritualēs que te moueant, & ad bonum afficiant, euolue: nunc vtilibus sciētis ac disciplinis stude: nūc quæ cōcionaturus es para, vel quæ penitentibus diciturus es, iuxta cuiusque captum & qualitatem dispone: Nūc exempla vitæ patrum cōgerito: quibus in communibus colloquijs vtaris: nūc confessiones peccatorum excipe, vel ad consciētia dubitationes responde: Nūc carcere detentos consolare, vel pauperes morbo laborātes visita, aut tuis fratribus etiam infirmis libenter inseruias: Nūc scribe, quæ aut tibi, aut alijs quoque proficiāt, vel quomodo in demādato tibi ministerio te gerere debeas, meditare: Vel saltem si hæc omnia tibi desipiāt, aliquid manualis operis facito, & corporali aliqua exercitatione labora, ita vt nūquā inueniatis otiosus. Ne verò putes temporales occupationes esse à qualitate tui status alienas, quas Patres antiqui sanctitate conspicui ad vitandū otium admiserunt. Et omnibus hominibus in primo parente dictum est, vt in sudore vultus nostri vescamur pane nostro: nec dedigneris (etiā si nobilis, etiā si literatus) ea actione præstare, ad quæ te dānauit iudicis iusti, & supremi sententia. Certē Hieronymus Rusticum monēs, virum non contemendū, nec humanarum, ac diuinarum disciplinarum ignarū ad laborem manū causa otij vitādū adhortatur. Facito; inquit, aliquid operis, vt te semper Diabolus inueniat occupatū. Si Apostoli habentes potestatem de Euangelio viuere, laborabant manibus suis, ne quem grauarent, & alijs tribuebant refrigeria, quorū pro spiritualibus debebat metere carnalia: cur tu in vsus tuos cessura non præpares, vel fiscellā texe ianco, vel canistrū lētis plectē viminibus, sarriatur humus, areolæ aquo limite diuidātur, in quibus cūm olerū iactū fuerint semina, vel plantæ per ordinē positæ, aquæ ducatur irrigua, vt pulcherrimorum versuum spectator assistas.

Ecce supercilio cluosi tramitis vndam
Elicis, illa cadens rauicum per lenia murmur
Saxa ciet, scatebrisq; arenia temperat arua.

E Inferantur in fructuosæ arbores, vel gemmis, vel surculis, vt paruo post tempore laboris tui dulcia poma decerpas. Apum fabricare aluearia, ad quas te mittunt Salomonis prouerbia; & monasteriorum ordinem, ac regiam disciplinam in parois disce corporibus. Texantur & lina capiendis piscibus, scribantur libri, vt & manus operetur cibum, & animus lectione saturetur. In desideris est omnis otiosus. Egyptiorum monasteria hunc morem tenent, vt nullum absque operis labore suscipiant, non tam propter victus necessitatē, quā propter animæ salutem. Ne vagetur perniciosus cogitationibus mēs, & instat fornicantis Ierusalē, omni transēuiti diuaret pedes suos. Hactenus ille. Nec ista antiquorum

Dicit. 26.

Mat. 11.

Gen. 3.

Hier. epi-
stola. 4. ad
rusticum
monachū.Ex Virgi-
lio 2.
Georgicor.

religiosorum exercitia, non verò nouorum esse præcedas, quia ego nouus sum, & nõdum senex, & tamẽ vidi aliquos viros probatissimos, qui hæc in cœnobiiis actione præstabant. Vidi, inquam, religiosos sacerdotes, Theologiæ, & sacrarũ literarũ apprimè doctos, & concionatores insignes, qui interdum quo cibos paranti seruebant, & triclinium apparatus, & alia similia nõ erubescerent humilitatis obsequia, vel vt seipfos deicerent, vel vt ad lectiõnẽ & orationẽ minũs apti, otium & desidiam vitarent. Hos tu sequi nequaquam verearis, sed dũ aut legere aut orare, aut animabus prodesse non potes, saltem, in serui corporibus, & tuæ animæ quære profectum.

Illud tamen te admonitum volo, te vitium otiositatis non fugere, si in negotiis vanis, & inutilibus occuperis. Sunt enim aliqui, quos numquã vacates, & primo aspectu otiosos inuenias, sed qui rebus nihili suæ vitæ tempus impediunt. Iam libros inutiles, ne dicam prophanos, euoluunt: iam carmina ineptæ, & nullam ædificationem habentia componunt: iam horologia fabrefaciunt, & sine vilo fructu mathematicorum lineas ducunt: iam negotia secularia tractanda suscipiunt: iam principes, & magnates sine vlla necessitate visitant: iam vana, & à suo statu aliena audiunt & dicunt, & quicquid vile est, & religiosæ uocationi dissonum, faciendum admittunt. His tot rebus secularibus, ac inutilibus distentis, nõquam tempus superpetit: vt opera religiosã perficiant, & ministeriis sui statui congruis intendant. Quod si aliquando erubescitã tacti ab his infrugiferis superfedant, & fratres suos in sanctis ministeriis adiuuare aggrediuntur, praua consuetudine abrepti, cepta non peragunt, & statim à bona, quam ceperunt, actione desistunt. Reprehendit eos Dominus per Isaiam, dicens: Vx filij desertores, vt faceretis consilium, & non ex me, & ordiretis telam, & nõ per spiritum meum. Et quidẽ hanc increpationem mereretur, qui statum religiosum occupationibus secularibus insisteret, conuersatione deserunt, & his rebus occupantur, quas nõ spiritus Dei exigit, sed spiritus vanitatis instillat. De eo qui horum mores & studia sequitur ait Iob. Non ei placebit vecordia sua, & sicut tela aranearum fiducia eius. Cuius scilicet virtutem sua studia nõ promouent, & in aranearum telis, id est, in negotiis inutilibus ipse confidit. Quæ in die mortis nõ plus nec honestius illum, quàm telæ aranearũ operient. Hi omnes licet occupati videantur, reuera otiosi, & desides sunt, quia nõ faciendã magnis conatibus faciunt, quibus alios fratres cõtristant, & scandalizant, & faciendã prætermittunt. Tu non imiteris illos, si otium, & desidiam detestaris, sed ea negotia, ea studia gerenda suscipito, quæ religiosæ uocationi congruant, & te in spiritu, & virtute perficiant. Vide, quas occupationes primi patres religionis fundatores admiserunt, diligenter attende quæ negotia, & quæ studia susceperunt, & eadem tu ad vitam vtiliter trãigendam admittite. Si autem similibus operum fructus solent esse similes, his sanctis operibus similis eris patribus tuis, & quam ipsi assequuti sunt sanctitatẽ, ac perfectionem assequeris. Audi quid dicat Dominus: operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitã æternã. Cibum qui perit, occupatio secularis est, quã nulla subsequetur merces, & forsità ipsa peris suos operatores disperdet. Cib autẽ, qui permanet in vitã æternã, oratio est, lectio est, profectus animarũ est, & omne opus religiosum est, cuius erit merces æterna. Hoc opus operatẽ nõquã in bonũ deseret, sed velut ala illum in cœlestes mansiones subleuabit, & ab ista mortalitate in immortalitatẽ efferet. Tãdẽ pro certo habe, quicquid tẽporis vanis occupationibus, aut col-

Isa. 30.

Iob. 8.

Iou. 6.

loquii concedis aut à Deo, quocũ conuersari deberes, aut à proximis, quos eras doctrina adiuturus, iniustissimè suffurari.

Religiosus nimias occupationes timeat.

CAPVT XXXVIII.



OMNIA extrema sunt periculosa, quoniam aut vitia sunt, aut ad vitium inclinant, & ab ea, quæ sola expetenda est, & in medio consistit, scilicet à virtute discedunt. Sicut enim in magnas ciuitates via regia itur, à qua, si vel ad dexteram, vel ad sinistram declinaueris, aut in præceps ruas, aut saltem finem itineris non tenebis, ita extremis viuendi rationibus virtus deseritur, & medio itinere perfectionis habitaculum obtinetur. Amatque gratia, quæ ab omnium auctore profecta est, quod amat natura, vt sicut ista mediis delectatur, & extrema horret, nec immoderatum frigus, aut calorem, nec nimiam saturitatem, aut inediam sustinet, ita & illa, quæ ad mediocritatem virtutis composita sunt, libenter amplectitur, quæ verò extrema sapiunt, vel apertè mala odio profequitur, vel vt suspecta, & exposita periculis auerfat. Quare sapienter monet Salomõ: Nedeclines ad dexteram, nec ad sinistram; auerte pedem tuum à malo. Nam qui viã regiam deserit, & ad dexteram, vel ad sinistram declinare cõstituit, aut in malum culpæ corruit, aut eidem malo sciens, & volens seipsum exponit. Ideo percussus est Schon ab Israel, quod Dei populum viã regiam ambulãntem impedire decreuit. Misit hic nuncios in hæc verba: Obsecro, vt trãire mihi liceat per terram tuam, non declinabimus in agros, & vineas, non bibemus aquas ex puteis, viã regiam gradiemur, donec trãeamus terminos tuos. Ille noluit, & percussus est in ore gladij. Schon, qui eradiciõ interpretatur, Dæmones nos ad extrema instigantes, & à viã regia auertentes designat: quos Dominus manu nostra percutit, & victos in cõspectu nostro prosternit, cum ipsis repugnãtib; extrema fugimus, & eorum suasionibus reluctamur. Cũ hoc ita sit, non sola otiositas nobis fugienda est, quæ vnum est virtuti contrarium extremũ, sed etiam nimia occupatio, quæ ex altera parte virtuti, & discretioni opponitur euitanda. Hæc enim distrahit, sicut illa dissoluit, & sicut otium spirituales vires enervat, ita negotij nimietas eadẽ vires paulatim absumit, & alieni robur eius comedunt, qui seipsum nesciens, quæ sũt supra suã facultatẽ, aggreditur. Et sicut miles plures hostes adorsus, manibus eorũ occumbit, sic spiritualis vir plura quàm possit negotio suscipiens, eorum impetu seu importunitate deperit. Fitque sæpe, vt qui maiora presumpsit, eorũ curis sollicitudinibusque distractus, impotem se ad minora reperiat. Cuius figuram tenuit ille potentissimus Machabæus, qui ne crimẽ inferret gloriæ suæ, cum paucissimis viris immensam hostium multitudinem adoriri nõ timuit, à qua fuit miserabiliter interfectus. Sic prorũ, qui nescio quo gloriolæ inanis obtentu, & vt diligens operarius prædicetur plura, aut maiora audeat, quàm sibi diuinitus cõcessã vires sustineat, mole tantæ distractionis oppressus solet in foueã, quã non putauerat, imprudenter cadere. Et qui prudentor occupatus multis vtilis foret, imprudenter in plura distentus, in aliis suum casum videntibus scandalum gignit.

B enim in magnas ciuitates via regia itur, à qua, si vel ad dexteram, vel ad sinistram declinaueris, aut in præceps ruas, aut saltem finem itineris non tenebis, ita extremis viuendi rationibus virtus deseritur, & medio itinere perfectionis habitaculum obtinetur. Amatque gratia, quæ ab omnium auctore profecta est, quod amat natura, vt sicut ista mediis delectatur, & extrema horret, nec immoderatum frigus, aut calorem, nec nimiam saturitatem, aut inediam sustinet, ita & illa, quæ ad mediocritatem virtutis composita sunt, libenter amplectitur, quæ verò extrema sapiunt, vel apertè mala odio profequitur, vel vt suspecta, & exposita periculis auerfat. Quare sapienter monet Salomõ: Nedeclines ad dexteram, nec ad sinistram; auerte pedem tuum à malo. Nam qui viã regiam deserit, & ad dexteram, vel ad sinistram declinare cõstituit, aut in malum culpæ corruit, aut eidem malo sciens, & volens seipsum exponit. Ideo percussus est Schon ab Israel, quod Dei populum viã regiam ambulãntem impedire decreuit. Misit hic nuncios in hæc verba: Obsecro, vt trãire mihi liceat per terram tuam, non declinabimus in agros, & vineas, non bibemus aquas ex puteis, viã regiam gradiemur, donec trãeamus terminos tuos. Ille noluit, & percussus est in ore gladij. Schon, qui eradiciõ interpretatur, Dæmones nos ad extrema instigantes, & à viã regia auertentes designat: quos Dominus manu nostra percutit, & victos in cõspectu nostro prosternit, cum ipsis repugnãtib; extrema fugimus, & eorum suasionibus reluctamur. Cũ hoc ita sit, non sola otiositas nobis fugienda est, quæ vnum est virtuti contrarium extremũ, sed etiam nimia occupatio, quæ ex altera parte virtuti, & discretioni opponitur euitanda. Hæc enim distrahit, sicut illa dissoluit, & sicut otium spirituales vires enervat, ita negotij nimietas eadẽ vires paulatim absumit, & alieni robur eius comedunt, qui seipsum nesciens, quæ sũt supra suã facultatẽ, aggreditur. Et sicut miles plures hostes adorsus, manibus eorũ occumbit, sic spiritualis vir plura quàm possit negotio suscipiens, eorum impetu seu importunitate deperit. Fitque sæpe, vt qui maiora presumpsit, eorũ curis sollicitudinibusque distractus, impotem se ad minora reperiat. Cuius figuram tenuit ille potentissimus Machabæus, qui ne crimẽ inferret gloriæ suæ, cum paucissimis viris immensam hostium multitudinem adoriri nõ timuit, à qua fuit miserabiliter interfectus. Sic prorũ, qui nescio quo gloriolæ inanis obtentu, & vt diligens operarius prædicetur plura, aut maiora audeat, quàm sibi diuinitus cõcessã vires sustineat, mole tantæ distractionis oppressus solet in foueã, quã non putauerat, imprudenter cadere. Et qui prudentor occupatus multis vtilis foret, imprudenter in plura distentus, in aliis suum casum videntibus scandalum gignit.

Prou. 4.

Num. 21

I. Macha.

C enim in magnas ciuitates via regia itur, à qua, si vel ad dexteram, vel ad sinistram declinare cõstituit, aut in malum culpæ corruit, aut eidem malo sciens, & volens seipsum exponit. Ideo percussus est Schon ab Israel, quod Dei populum viã regiam ambulãntem impedire decreuit. Misit hic nuncios in hæc verba: Obsecro, vt trãire mihi liceat per terram tuam, non declinabimus in agros, & vineas, non bibemus aquas ex puteis, viã regiam gradiemur, donec trãeamus terminos tuos. Ille noluit, & percussus est in ore gladij. Schon, qui eradiciõ interpretatur, Dæmones nos ad extrema instigantes, & à viã regia auertentes designat: quos Dominus manu nostra percutit, & victos in cõspectu nostro prosternit, cum ipsis repugnãtib; extrema fugimus, & eorum suasionibus reluctamur. Cũ hoc ita sit, non sola otiositas nobis fugienda est, quæ vnum est virtuti contrarium extremũ, sed etiam nimia occupatio, quæ ex altera parte virtuti, & discretioni opponitur euitanda. Hæc enim distrahit, sicut illa dissoluit, & sicut otium spirituales vires enervat, ita negotij nimietas eadẽ vires paulatim absumit, & alieni robur eius comedunt, qui seipsum nesciens, quæ sũt supra suã facultatẽ, aggreditur. Et sicut miles plures hostes adorsus, manibus eorũ occumbit, sic spiritualis vir plura quàm possit negotio suscipiens, eorum impetu seu importunitate deperit. Fitque sæpe, vt qui maiora presumpsit, eorũ curis sollicitudinibusque distractus, impotem se ad minora reperiat. Cuius figuram tenuit ille potentissimus Machabæus, qui ne crimẽ inferret gloriæ suæ, cum paucissimis viris immensam hostium multitudinem adoriri nõ timuit, à qua fuit miserabiliter interfectus. Sic prorũ, qui nescio quo gloriolæ inanis obtentu, & vt diligens operarius prædicetur plura, aut maiora audeat, quàm sibi diuinitus cõcessã vires sustineat, mole tantæ distractionis oppressus solet in foueã, quã non putauerat, imprudenter cadere. Et qui prudentor occupatus multis vtilis foret, imprudenter in plura distentus, in aliis suum casum videntibus scandalum gignit.

D enim in magnas ciuitates via regia itur, à qua, si vel ad dexteram, vel ad sinistram declinare cõstituit, aut in malum culpæ corruit, aut eidem malo sciens, & volens seipsum exponit. Ideo percussus est Schon ab Israel, quod Dei populum viã regiam ambulãntem impedire decreuit. Misit hic nuncios in hæc verba: Obsecro, vt trãire mihi liceat per terram tuam, non declinabimus in agros, & vineas, non bibemus aquas ex puteis, viã regiam gradiemur, donec trãeamus terminos tuos. Ille noluit, & percussus est in ore gladij. Schon, qui eradiciõ interpretatur, Dæmones nos ad extrema instigantes, & à viã regia auertentes designat: quos Dominus manu nostra percutit, & victos in cõspectu nostro prosternit, cum ipsis repugnãtib; extrema fugimus, & eorum suasionibus reluctamur. Cũ hoc ita sit, non sola otiositas nobis fugienda est, quæ vnum est virtuti contrarium extremũ, sed etiam nimia occupatio, quæ ex altera parte virtuti, & discretioni opponitur euitanda. Hæc enim distrahit, sicut illa dissoluit, & sicut otium spirituales vires enervat, ita negotij nimietas eadẽ vires paulatim absumit, & alieni robur eius comedunt, qui seipsum nesciens, quæ sũt supra suã facultatẽ, aggreditur. Et sicut miles plures hostes adorsus, manibus eorũ occumbit, sic spiritualis vir plura quàm possit negotio suscipiens, eorum impetu seu importunitate deperit. Fitque sæpe, vt qui maiora presumpsit, eorũ curis sollicitudinibusque distractus, impotem se ad minora reperiat. Cuius figuram tenuit ille potentissimus Machabæus, qui ne crimẽ inferret gloriæ suæ, cum paucissimis viris immensam hostium multitudinem adoriri nõ timuit, à qua fuit miserabiliter interfectus. Sic prorũ, qui nescio quo gloriolæ inanis obtentu, & vt diligens operarius prædicetur plura, aut maiora audeat, quàm sibi diuinitus cõcessã vires sustineat, mole tantæ distractionis oppressus solet in foueã, quã non putauerat, imprudenter cadere. Et qui prudentor occupatus multis vtilis foret, imprudenter in plura distentus, in aliis suum casum videntibus scandalum gignit.

E enim in magnas ciuitates via regia itur, à qua, si vel ad dexteram, vel ad sinistram declinare cõstituit, aut in malum culpæ corruit, aut eidem malo sciens, & volens seipsum exponit. Ideo percussus est Schon ab Israel, quod Dei populum viã regiam ambulãntem impedire decreuit. Misit hic nuncios in hæc verba: Obsecro, vt trãire mihi liceat per terram tuam, non declinabimus in agros, & vineas, non bibemus aquas ex puteis, viã regiam gradiemur, donec trãeamus terminos tuos. Ille noluit, & percussus est in ore gladij. Schon, qui eradiciõ interpretatur, Dæmones nos ad extrema instigantes, & à viã regia auertentes designat: quos Dominus manu nostra percutit, & victos in cõspectu nostro prosternit, cum ipsis repugnãtib; extrema fugimus, & eorum suasionibus reluctamur. Cũ hoc ita sit, non sola otiositas nobis fugienda est, quæ vnum est virtuti contrarium extremũ, sed etiam nimia occupatio, quæ ex altera parte virtuti, & discretioni opponitur euitanda. Hæc enim distrahit, sicut illa dissoluit, & sicut otium spirituales vires enervat, ita negotij nimietas eadẽ vires paulatim absumit, & alieni robur eius comedunt, qui seipsum nesciens, quæ sũt supra suã facultatẽ, aggreditur. Et sicut miles plures hostes adorsus, manibus eorũ occumbit, sic spiritualis vir plura quàm possit negotio suscipiens, eorum impetu seu importunitate deperit. Fitque sæpe, vt qui maiora presumpsit, eorũ curis sollicitudinibusque distractus, impotem se ad minora reperiat. Cuius figuram tenuit ille potentissimus Machabæus, qui ne crimẽ inferret gloriæ suæ, cum paucissimis viris immensam hostium multitudinem adoriri nõ timuit, à qua fuit miserabiliter interfectus. Sic prorũ, qui nescio quo gloriolæ inanis obtentu, & vt diligens operarius prædicetur plura, aut maiora audeat, quàm sibi diuinitus cõcessã vires sustineat, mole tantæ distractionis oppressus solet in foueã, quã non putauerat, imprudenter cadere. Et qui prudentor occupatus multis vtilis foret, imprudenter in plura distentus, in aliis suum casum videntibus scandalum gignit.

Iam hic inutiles, & seculares occupationes nõ commemoramus, quas diximus prorsus esse relegandas, sed viles, & sanctas dicimus esse discretione metiendã.

das

das, ita ut mentē perfectionis auidam nequaquā ob-
ruāt, nec internam trāquillitatem, nec spatia oratio-
ni, & spiritali lectioni ac sanctis precibus destinata
surripiant. Quisque pōderet vires suas, & vocatione
suam, ac gratiam sibi datam consideret, & secundum
ea exteriores occupationes admittat: eas scilicet,
quas suus spiritus sine perfectionis detrimento valuerit
sustinere. Et sicut nō omnes ad eandem religionē
vocati, ad easdem functiones vocantur, ut sit in eodē
religionis corpore, necessaria, & pulchra mem-
brorum varietas: ita nec omnibus eiusdē ministerij
vna est mensura occupationis indicata. Sed quemad-
modum agricultores, aut fabri non aequali conatu
terram subigūt, aut ferrum icibus domāt, sed vnus-
quisque pro virium corporalium sibi data mensura:
sic & Euāgelij ministri nō possunt semper ad aequales
labores applicari, sed pro virium spiritaliū qualitate
debent illis distineri. Horum quidem laborum
duplex est finis: alter profectus operantis, alter Ec-
clesiæ militantis utilitas. In ea itaque mensura sumā-
tur, quæ & Ecclesiæ filiis, & ipsi laboranti proficiāt.
Non profunt autem laboranti labores sui, si ut alios
illuminet, seipsum cæcat, si ut alios doceat, ipse reli-
giosam disciplinam dediscit, si ut aliis apponat do-
ctrinā, seu prædicationis mensuram, semetipsum pane
orationis, & reliquis exercitationibus spiritum refici-
entibus priuat. Imō nec profunt filiis Ecclesiæ, quos
communiter frigidus non calefacit, cæcus nō docet,
ignorans nō discit. Quamobrem ipse laborum scopus
hortatur, ut labores ipsi sint moderati, & viribus
laborantis accommodati. Fili, inquit Ecclesiasticus, ne
in multis sint actus tui, & si diues fueris, non eris im-
munis à delicto: Si enim secutus fueris, non apprehendes,
& non effugies, si præcucurreris.] Tunc verò
actus tui erunt in multis, cum vires tuas spirituales
excesserint, & te ad tui profectus obliuionē impulerint.
Diues quidem eris negotiis, quia non tibi soli,
sed aliis etiam sociis sufficient, sed multis scrupulis
& seipsam negligentē instimulēt. Si hac ratione in-
sequutus fueris honorem, illū proculdubio non ap-
prehendes, quia sepe videbis homines vniuersa nego-
tia indifferetè curātes detractionibus laceratos. Et
si animo fugiendi paupertatē virtutis, supra tuas vi-
res cursum negotiorum acceperis, eam sine dubio
nō effugies. Iā iterum hic dolus feliciter aduersario
succellit, dum niscus est filios Israel à cultu Dei om-
nipotentis abducere. Opprimatur operibus, inquit
Pharao, à Damone incitatus, & expleant ea, ut non
acquiescant verbis mendacibus.] Et iterū: Vacatis
otio, & id circo dicitis. Eamus, & sacrificem⁹ Domino.
Ite ergo & operamini paleas non dabūt vobis,
& reddetis consuetū numerū laterū: o egregiam
regis prudentiam quæ cultum Creatoris impediāt. Po-
pulus ad quærēdas paleas adigitur, & ab illo idē la-
terū pensum exigitur, ut laboribus, & iniuriis one-
ratus curā sacrificandi deponat. Eadem, o religiose,
diabolus te arte deludit. Ad quærēdas paleas nego-
tiorum secularium te mouet, & numerum quotidie
occupationum externarū adauget. ne Ægyptū, quem
statu deseruisti, cōuersatione deseras, & ne ob cultū
Dei, & perfectionis amorem, à vita tepida, & distra-
cta discedas. Tu verò occultam aduersarij astutiam
agnoscens, ei prudentiæ scutum oppones, & vulnus
distraktionis, & duritiæ cordis illius præcepti obser-
uatione vitabis, quo dicitur: Sex dieb⁹ operaberis, die
septimo cessabis arare, & metere.] Si enim mandatū
istud ad mysticā, & spirituale intelligētā efferas, in-
telleges quamlibet diem ita esse diuidendā, ut in ea
certe, ac determinatē horæ actioni, & labori: & alie

Ecc. 37.

Exod. 5.

Exo. 34.

tranquilliores orationi, & lectioni dedicentur. Ita fiet
ut dies festus, id est, hora destinata orationi, robur ad
operandum, & fructum ex labore metendum, impetret,
& dies laboris, id est, hora occupationi dicata, tepus
orationis, ut diē quietis, & vacationis expectet.
Non est tamen omnino facile mensurā vtilis oc-
cupationis inuenire, quā si animus feruid⁹ ex semet-
ipso metiatur, supra mediocritatē protelabit, si ve-
rò animus tepidus, & orationis inimicus ex suo affe-
ctu consideret, vix aliquando horam ad laborandū,
& aliquid extremum faciendum inueniet. Nonnullis
ergo documentis ex propria experientia desumptis
aperiendum est, quæ sit spiritui & proximis vtilis oc-
cupationis, atque apta mēsurā. Ac istorū primum sit,
quod supra tetigimus, actiones religiosas nūc ad ho-
ram nunc ad tempus longum à Prælato mādari. Ad
horam quidem, ut si ad habendam cōcionem, ad ex-
cipiendam ægroti confessionem, ad aliquod negotiū
vtilē cœnobio gerendū mittaris: ad tepus verò longū
ut si religiosorum prælatus, aut lector, aut conciona-
tor, aut cōfessarius efficiaris. Occupationes illæ, quæ
nūc in hac hora præcipiuntur, nunc sine vlla mora,
aut tergiuersatione præstādę sunt, nec orationis, aut
lectionis prætextu refutandę. Absurdum enim esset,
si prælato aliquid præcipienti responderes, nūc tem-
pus orationis, aut lectionis instare, ac propterea te nō
posse iusta complere. Illæ verò occupationes, quæ ad
longum tempus præcipiuntur, ita disponendę sunt,
ut nec spiritum obruant, nec animum distrahāt, nec
spatia necessaria orationi mentali, horis canonicis
tēte persoluendis, sacrificio missæ deuotè offerendo,
spiritalis libelli affectum mouenti lectioni, & aliis
similibus adimant. Nam si velis seipsum ita, aut præ-
lationis, aut doctrinæ munere suffocare, ut te totum,
& omnes vitæ dies proximis tradas, & nihil tibi re-
liques, similis eris nauī, quæ ut aliam à naufragio li-
beret, se ipsā implacabilibus vndis maris submergit.
Porro id nec prudentia dicitur, nec charitas sustinet
nec obedientia petit? Prudētia enim dicitur, ut primo
loco nos liberemus: charitas, ut nos sicut & prox-
imos, imō & illos sicut nos, & non plus quā nos
diligamus: obedientia verò, & religiosa profectio, ne
colore vtilitatis proximorum nos ipsos vlla imperfec-
tione fuscemus. Nulla profectō est in Ecclesiā Dei
aut maior, aut vtilior, aut sublimior occupatio, quā
summus Pōtifex, & Christi in terris vicarius suppor-
tat. Hæc autem ita à capite totius Ecclesiæ moderā-
da est, ut sibi nec tempus orandi, nec cōsiderādū, nec
seipsum poliēdi surripiat. Vnde Bernardus Eugeniū
Pontificē alloquens, & in eo, omnes curā animarū
habentes erudiens, ita ait: Si quod viuus, & sapiens, totū
das actioni, cōsiderationi, nihil laudo te, in hoc non
laudo. Puto quod & nemo, qui à Salomone audierit:
Qui minoratur actū, percipiet sapiētiam. Certe nec
ipsi actioni expedit, cōsideratione non præueniri. Si
item totus vis esse omnīū, instar illius, qui omnibus
omnia factus est] laudo humanitatem, sed si plena
sit. Quomodō autē plena, te excluso? Et tu homo es.
Ergo ut integra sit, & plena humanitas, colligat & te
intra se sinus, qui omnes recipit. Aliqui quid tibi
prodest, iuxta Verbū Domini, si vniuersos lucreris,
te vnū perdens.] Quāobrem, cum omnes te habeāt,
esto etiam tu ex habētibus vnus. Quid solus fraudaris
munere tui: vsquequo vadens spiritus, & non re-
diens? vsquequo non recipis te, & ipse inter alios vi-
ce tua? Sapientibus & insipientibus debitores & solus
diues, & pauper, vir, & foemina, senex, & iuuenis, cle-
ricus, & laicus, & iustus, & impi⁹, omnes pariter par-
ticipāt te, omnes de sōte publico bibūt pectore tuo,

B

C

D

E

Ber. 1. de
considera-
tione.
Ecc. 38.

1. Cor. 9.

Matt. 16

Prov. 5.

& tu

Eod. 10.

& tu seorsum faties stabis? Si maledictus, qui partem suam facit deteriorem, quid ille, qui se penitus redit expertem? Sanè deriuentur aquæ tuæ in plateas, homines, & iumenta, & pecora bibant ex eis, quin & camelis pueri Abraham potum tribuas, sed inter ceteros bibe tu de fonte putei tui. Alienus, inquit, non bibat ex eo. Nunquid tu alienus: cui non alienus, si tibi es? Denique qui sibi nequã, cui bonus? Memeto proinde non dico semper, non dico sæpe, sed vel interdum reddere teipsum tibi. Hæc omnia, & plura alia Bernardus. Quæ profectò vel saxa ipsa, aut pecora ferrea suscitabant. Si enim ita ad orationem, & ad sui profectum urgetur caput Ecclesiæ, ex quo salus vniuersorū fidelium depēdet, quoniam modo nos ad curam animarum nostrarum & studium orationis hortadi sumus, qui siue doceamus, siue non doceamus, siue ratiocinemur siue non ratiocinemur, scribamus siue non scribamus, nullam aut exiguam proximis iacturam faciemus? Imò caput Ecclesiæ acrioribus stimulis fuit vrgendus, quoniam si ipse sibi met desit, omnibus proculdubio deficiet, & ideo quod quisque maior est, & vtilior fidelibus, acrius est ad sui profectum exhortandus, quoniam plures scilicet patietur, si seipsum vas doctrinæ magnum effundat. Id est dicere, quod qui maioribus donis est præditus, quibus multos posset conuertere, & in via salutis erudire, si seipsum negligat, & suam salutem postmittat, maius Ecclesiæ afferet detrimentum. Nam spiritus vacuus, est si multum loquatur, & disertè satis de rebus cœlestibus fermocinetur, non poterit alios spiritu replere, nec virtutis indigus alios virtute ditare.

Sed quod temporis spatium ex piis & vtilibus occupationibus quisque sibi suffurabitur? illud certè, quod obseruantia religioſæ, & proprii cordis tranquillitati, & feruori abundè sufficiat. Nam propter externas actiones (nisi aliquando vna vel altera magni momenti vrgat orationem, & lectionem, & examinationem conscientia, & ceteras obseruatias communes abijcere, signum euidentis est animi, non salutem animarum querentis, sed orationis, & disciplinæ religioſæ laborem vitantis. Sed vltra hæc, quæ omnibus religioſis sunt communia, vnusquisque illud tempus meditationi & lectioni tribuat, quod sibi ad spiritualiter viuendum, & feruorem cordis seruandū satis esse videatur. Id verò non possumus certiori alia regula definire, nisi quod quisque suum spiritum consulat, & Prælati, aut patris spiritualis ductum sequatur, & à Domino lumen ad ipsius diuinam voluntatem cognoscendam requirat. Sicut enim pro magnitudine aut exilitate naturalis caloris maior, aut minor quantitas cibi necessaria est ad vitam naturalem conseruandam, ita pro maiori aut minori vehementia passionum, & pro impedimentorum qualitate, siue à vitiosa consuetudine, siue ab alia radice prouenientium, necesse est amplius aut minus spiritualis cibi, scilicet orationis, & lectionis ad vitam spiritualem seruandam, & feruorem augendum ingerere. Nec credamus Dæmoni suadenti aliquot horis ad nos perficiendos sublatis, muneri nobis demando ritè obeundo parum temporis superesse, illud enim Deo faciēte, & iuuante satis superque sufficiet. Ad hoc hortatur Dauid, dicēs. Iacta super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet, & non dabit in æternum fluctuationem iusto. Nam profectò ille iactat super Dominum curam suam, qui tranquillè cultui eius, & profectui suæ mentis intendit, sidens se ob hanc causam proximis non defuturum, imò multò melius & efficacius profuturum. Hanc enutriet Dominus, id est, ad multa, ac mirabilia facienda roborabit, & ab omni confusione po-

Eph. 54.

A tenter eripiet. Et id quidem secundum altiore sensum, mihi videtur in Leuitico promississe dum ait: Quod si dixeris: Quid comedemus anno septimo, si non feuerimus, neque collegerimus fruges nostras? Dabo benedictionem meam vobis anno sexto, & faciet fructus trium annorum. Si enim annus septimus, tempus quieti, & diuino cultui destinatum, & annus sextus tempus labori, & occupationi dicatur significat, quid est pro requie septimi anni fructus trium annorum in anno sexto promittere, nisi his, qui Deo fiunt, & primò quærunt regnum Dei & iustitiam eius, triplicatum ex suo labore fructum polliceri. Et sanè quod ratio, & Scriptura docet, experientia demonstrat. Attende enim eos, qui salutem animarum vacat, & videbis eos, qui sibi consulunt, & tecum & cum proximis horas moderatè patienter, esse vtilissimos, & cum magno sui, & aliorum emolumento aut confessiones excipere, aut docere, aut negotia spiritualia tractare, illos verò, qui sine vlla mensura seipfos effundunt, esse profusè inuitiles, & non semel offendere malis exemplis, quos iuuare, & viam virtutis docere debuerant. Quod autem de his dicimus, de omnibus aliis intelligendum est, quos cura rerum temporalium tenet, qui profectum dum sibi met intendunt, Deo faciente, in rebus temporalibus felices successus accipiunt, dum verò suæ animæ salutem contemnunt, etiã in rebus, quas tractant, suo desiderio frustrantur. Quid plura? Sanctorum Patrum vitas considera, & eos doctrinam istam opere expleuisse perspicies. Isti enim ita externis occupationibus ob Dei gloriam assumptis institerunt, vt semper eas prudentia dirigerent, & cura orationis, & propriæ perfectionis cohiberent, ne qui aliis præsto erant, sibi ipsis deficerent. Nec defunt quàm plurimi in modernis temporibus, qui hanc sanctorum antiquorum viam ingrediuntur, & per eam ambulantes, non communem aliquam virtutem, sed eximiam perfectionem consequuntur. Et (vt nunc vnum, aut alterum meorum fratrum exemplum attingam) & certè possem innumera in medium proferre, noui ego Theologiæ lectorem quatuor horis quotidie orationi mentali vacantem, & missæ sacrificium, ac horas canonicas satis deuotè, ac quietè persoluentem. Noui & prælatum magni collegij, qui duabus horis quotidie orationi mentali vacabat, & tres alias horas pro spirituali lectione, & aliis rebus diuini cultus præsumebat. Noui & concionatores inter lectionem non librorum inanium, sed scripturæ, & sanctorum Patrum, & prolixam ac feruidam orationem totam suam vitam fere æquis partibus diuidētes. Noui & confessarios, qui moderato casuum conscientia studio & innumeris confessionibus istorum neophytorum audiendis, se gnauiter occupabant, & quotidie tribus, aut quatuor horis in orationem incubebant. Hi autem quāto fructu legerint, ac gubernauerint, & quāto incredibili animarum emolumento eas ad fidem, & ad bonos mores traduxerint, non est præsertim disputationis edicere. Sed facile est intelligere piū Dominum instrumentis sibi per orationem & puritatem vitæ coniunctis libentissimè vi eosque non solum ad propriam perfectionem, sed etiam ad aliorum profectum mirum in modum adiuuare.

E Non sufficit verò rebus exterioribus, hūc, quem diximus, modum imponere, & ab illa horarum spatia ad nos ipsos perficiēdos oratione & lectione subtrahere, nisi etiam externæ occupationis tempore mentem nostram, quāto possibilis nostra valeat, in vnum collectam, tranquillam & pacatam habeamus. Nam qui seipsum cura externæ actionis inquietat, & vires animæ turbat, non poterit orationis

tempore

Leuit. 25.

I. de
derra-
38.

or. 9.

ff. 16

ff. 5.

tempore debitam tranquillitatem tenere, & vanis rerum imaginibus mentem ad Deum contemplandum exuere. Imò aliqui in tantum, pijs curis & solitudinibus distrahuntur, vt paulatim seipfos efficiant, & quietis impatientes, & silētij ac lectionis afores, & omnis orationis ac contemplationis expertes. Quod quidem non fecit externa occupatio, quæ prudenter admittitur, solet miro modo ad orationem disponere, & deuotionis affectum excitare, sed eiusdem actionis sine studio tranquillitatis acceptio. Suntque homines isti, qui curis externis immoderate distrahunt, si bene considerentur, superbi, & sibiipsis præfidentes, & non in Deum spem suam collocantes, & ideo putant, immoderata cura, & assiduis rerum, quas tractant, cogitationibus, se rebus prosperum finem daturos, & magnum nomen, aut Prælatorum, aut concionatorum adepturos. Non ita se gerant, qui ad perfectionem aspirant, sed in Deo omnem fiduciam suam constituentes, suauiter & tranquille omnia suæ curæ demandata disponant. Imitentur illum, de quo scriptum est: Tu autem dominator virtutis, cum tranquillitate iudicas, & cum magna reuerentia disponis nos: subest enim tibi, cū volueris, posse. Quod proprium esse virorum spiritualium, Gregorius docet suis verbis: Cū occupationes extrinsecus perstreperunt, intrinsecus in amore pacatissima quies tenetur, atque occupationem tumultus exterioris perstreperantis dispensat, interioris præficiens iudex ratio, & tranquillo moderamine, & quæ circa se minus sunt tranquilla disponit. Sicut enim vigor mentis frænâdis præest motibus carnis, sic sæpe superimpositos tumultus occupationis bene regit amor quietis: quia exteriores curæ si peruerso amore non appetuntur, nõ confuso, sed ordinato animo ministrari queunt. Et ita sanè ministrabat Daniel, & curas magnas non vnus, sed multorum regnorum gerebat, qui ingressus domum suam, & fenestris apertis in cœnaculo suo, contra Ierusalem tribus temporibus in die fletebat genua, & adorabat, confitebanturque corâ Deo suo Sic & Dauid, qui rex potentissimus, & bellator fortissimus de seipso dicit: Septies in die laudem dixi tibi, propter iudicia iustitiæ tuæ. Sic & Paulus, cuius instantia quotidiana sollicitudo omnium Ecclesiarum, & tamen ait: Nostra conuersatio in cœlis est. Sic & Ioannes, qui totas Asiæ rexit Ecclesias, & tamen tanta animi tranquillitate fruebatur, vt fuerit ad diuinas reuelationes suscipiendas, & cœlestia mysteria cognoscenda subuectus. Pusilli quidem animi est, rerum externarum cura distendi, & eorum quæ sibi iniungitur, occupatione turbari. Hanc pusillitatem summis conatibus euincamus, & sicut Dominus inter turbas ipsum comprimentes, ita & inter occupationes irruentes, quieti & tranquilli esse curemus. Ista enim actionum externarum moderatione retenta, & in eis ista tranquillitate seruata, earum curis immoderatis non sedabimur, sed mirabiliter proficiemus.

Religiosus appetitum sciendi moderetur.

CAPVT XXXIX.



DOCUMENTVM, cui nunc initium dāmus, nõ omnes alloquitur, sed eos dū taxat, qui immoderato scienciarum amore tenentur: multi enim sūt etiā in cœtibus religiosus, adeo stupidi, & honorum artiū ac vtilium disciplinarum appetitu vacui, vt potius debeant ad sciendi desiderium excitari. Hos breui sermone rogamus, ne rebus externis, aut noxiæ otiositati ita se tradant, vt hanc præstāissimā occupationē, & pro-

Apriam hominis deserat, quæ & optimum sui, scilicet mentem perficiunt, & aliis hominibus se quam vtilissimos reddunt. Nam scriptum est: Quia tu scientiam repulisti, repellā te ne sacerdotio fugaris mihi. Nec dignum est ad sacræ Dei altare procedere, nec cœlestia tractare mysteria, nec in via cœli proximis ministrare, qui in statu sacerdotali constitutus, ignoracionē & cæcitatē amplectitur, & cū sit Ecclesiæ oculus, in perpetua caligine & obscuritate versatur. Quare quilibet religiosus pro modulo suo (neque enim vniversi ad scienciarum profunditatem apti sunt) ita vitam suam (obediencia nõ contradicente) disponat, vt bonam eius partem in vtilium disciplinarum, & sacrarum literarum, ac antiquorum Patrū lectionem impendat. Hoc enim studio, & ætatē suam vtiliter trāfiget, & intra semetipsum mirabiles omnis virtutis stimulos sentiet, & alios doctrina ad omnia sanctitatis amorē accendet. Nunc ergo solos sciendi studiosos alloquimur (nā ignorātes alio loco monebimus) & hi, illud prouerbium, ne quid nimis. Memoria teneat, necesse est. Si enim scriptura dicit: Noli esse iustus multum] quasi in ipsa executione iustitiæ possit esse nimius rigor, quāto magis diceret, noli esse nimium sciens, siquidem scientia non iam vt iustitia nos bonos simpliciter facit, sed ea ratione querenda est, quæ nos ad iustitiam ac bonitatem disponit. Dixit profectō, & noli esse nimium sciens in illis verbis, quæ sequuntur, & non plus sapias, quā necesse est, ne obtupescas: Et in illo etiā, quod dicit Paulus: Non plus sapere, quā oportet sapere, sed sapere ad sobrietatē.] Est nāque spiritualis quædam ebrietas à nimietate scientiæ proueniens, quæ solet vehementius & perniciosius, quā vinū, sensum ac mentem subuercere, & hominem verā rerū æstimatione priuare. Fitque miro modo, vt lux mentem cæcet, & scientia demeret, & rerū cognitio affectum obducat. Imò id mirū non est: nam immoderata lux luminibus infirmis obiecta, solet eos perpetua caligine obruere, & vinum corpus roborans, sine mensura sobrietatis ingestum, solet corporis compagem dissoluere, & amor concubinae non semel consueuit amorem legitimam coniugis ablegare. Scientia autē, quæ pedissequa est charitatis in concubinā hominis vertitur, cū virtuti antepositur, & immoderatis affectibus adamatur. Vnde scientia diligenda est, sed moderate diligenda, & discretā quædam sobrietas in eius acquisitione seruanda, vt nõ plusquam oportet sapiētes vsque ad dæmonū virtutis procedamus. Hæc sola, vt sponsa, vult diligi, & vt vxor, ad quam se iniuria affectam putat, si iustus ob amorem scientiæ, vel tantillum ab eius dilectione & affectu desciscat. Et verè scientiam immoderate diligens, à virtutis solet amore, & studio discedere, quoniam illa sine fræno discretionis accepta, animum, plusquam dici possit, à sui cognitione distrahit, & quem moderata ad salutem deprimit, immoderata ad morbum distendit, & affectum obdurat, quem emollire debuerat. Quantum à sui cognitione animum distrahatur, in illis, sapiētibus antiquis perspici potest, de quibus inquit Paulus: Et obscuratum est insipiens cor eorum: dicētes enim se esse sapiētes, stulti facti sunt. Quænam fuit causa huius obscuritatis & stultitiæ sapiētū, nisi scientia non debita ratione quæstia, quæ, cū cognouissent Deum, nõ sicut Deum glorificauerūt, aut gratias egerūt, sed euauerunt in cogitationibus suis. Quantum verò superbiæ cogitatio inflat, angelus ille primus ostēdit suorum donorum notione distentus, & ob superbiā deiectione confusus. Quātum tādē obduret voluntatis affectum, docet ipsa natura, quæ si per vnum rinulum deriuat totam

aquam

Sapient. 12.

Grego. 18
mor. c. 29.

Daniel. 6

Psal. 118.

2. Corint.
11.
Philip. 3.

Offic. 1.

Ter. in
Andria
Eccl. 7.

Rom. 11

Rom. 1.

aquā purissimi fontis, nihil humoris aliis riuulis impartiendū relinquit. Ita si scientia, & speculatio omnes vires mētis exhauriat, nihil habet animus, quod ad pascendam & rigandam voluntatem effundat.

Si ergo appetitus sciendi moderādus est, dicamus, in quo consistat ista moderatio, vt eam perfectionis desiderio ad actionem referamus. Et mihi quidem hanc rem attentē cogitanti in tribus videtur constituta, scilicet in rebus, quæ addiscēdæ sunt, & in modo, quo sunt addiscēdæ, & in tempore, quod intellectui perficiendo sine vllō detrimento virtutis est cōcedendū. Vt autem religiosus amator perfectionis (hunc enim instruimus) sciat, quid ab ipso addiscendum: & sciendum sit, illud cōstituamus. Scientias humanas nō esse ab Ecclesia negligendas, ex quibus ad rerum diuinarum cognitionē non minimū aliquando emolumentum decipit. Dauid enim, vt libro Paralipomenō scriptū est, tulit pharetras aureas, quas habuerant serui Adazer, & attulit eas in Ierusalē. In Dauide, Christiū, in Hierosolymam infert, cū humanas scientias, ad expugnandos errores, & confirmandam veritatem intra sanctam Ecclesiam admittit. Israhelita quoque ex præcepto Domini petierunt ab Ægyptiis vasa aurea & argētea, plurimamq; suppelletilēm, quam illis numquā reddiderunt, sed ad suos vsus in terram promissam reportarunt. Quo signatum est, nos, qui ex gentilitate in verum Dei cultum, & ex mendaciis in veritatem, & ex tenebris in lucem translati sumus, iure posse quicquid Philosophi, & oratores pretiosum habuerunt, ad nostram vtilitatem & scripturæ interpretationē assumere. & nobiscum in gremium Ecclesiæ transferre. Et sic interpretatur hunc locum Augustinus, dicens: Sicut Ægyptij non solum idola habebāt, & onera grauiā, quæ populus Israhel detestaretur, & fugeret, sed etiā vasa, atque ornamenta de auro, & argēto, & vestem, quæ ille populus exiens de Ægypto, sibi potius tamquam ad vsum meliorem elanculō vendicauit, non auctoritate propria, sed præcepto Dei ipsi Ægyptiis nescienter commendātib; ea, quibus nō bene utebātur, sic doctrinæ omnes gentiliū, non solum simulata & superstitiosa signēta grauesq; sarcinas superuacanei laboris habent, quæ vnusquisq; nostrū duce Christo de societate gentiliū exiens debet abominari, atq; deuitare, sed etiā liberales disciplinas vsui veritatis aptiores, & quædā morum præcepta vtilissima continent, deq; ipso vno Deo colendo nōnulla vera inueniuntur apud eos, quod eorū, tamquam aurum, & argentum, quod non ipsi instituerunt, sed de quibusdā quasi metallis diuinæ prouidentia, quæ vbi que infusa est, eruerūt, & quo peruersē atq; iniuriosē ab obsequia demonum abutūtur, cū ab eorū misera societate sese animo separat, debet ab eis auferre Christianus ad vsum iustum prædicādi Euangelij. Vestem quoq; illorū, id est, hominum quidem instituta, sed tamē accommodata humanæ societati, qua in hac vita catere nō possumus, accipere, atq; habere licuerit in vsum cōuertēda Christianū. Quo etiam notante cognoscimus antiquos Ecclesiæ Patres hoc disciplinarū genus non refugisse. Nā (vt nūc Mosem taceamus, de quo scriptū est: Et eruditus est Moyses omni sapientia Ægyptiorū) certē Beatus Cyprianus, Lactantius, Victorinus, Optatus, Hilarius, Hieronymus, & ipse Augustinus, vterque Gregorius Nazianzenus, & Nilfenus, Basilus, & alij innumerabiles nō pauperes humanarū disciplinarū ad Ecclesiā vene-

1. Paral. 18.

Exod. 13.

Aug. 2. de doctrina Christiana. c. 40.

Autor. 7.

A runt, nec illas iam boueri ad fidem cōtempserūt, sed aliquando ad res diuinas illustrandas vsurparunt. Et quemadmodum Iudas fortissimus Machabeus, gladium Apollōnij abstulit hostis Iudæorū acerrimi, & erat pugnans in eo omnibus diebus, ita antiqui, & noui Ecclesiæ Doctores, gladiū gentiliū, nimirum sciētias humanas, in suū vsum abstulerūt, & illis nūc aduersus omne genus infidelitatis pugnat. & elapsis tēporibus non sine magna laude pugnarūt. Meritū autē id faciūt, quoniā humanæ disciplinæ per se bonæ sūt, quare debēt sapiētia diuinæ seruire: & quicquid eloquētiæ est, quicquid subtilitatis in disputādo iuste in diuinæ cognitionis obsequium impenditur, propter quod & Philosophis à Deo cōcessum, & in Ecclesiam translatum est. Et quia eloquētia & historia & aliæ humanæ disciplinæ, arma sūt paganorū, nos illas prudēter assumimus, vt sicut Dauid Philisthæi proprio gladio percussit. Ita & nos doctrinas falsas aduersus fidē insurgētes ipsarum gladio iugulemus. Sed omnia tempus habent, & suis spatiis transeunt vniuersa sub cælo: & has rerū infimarū disciplinas nō esse cōmuniter vltra tēpus adolescentiæ protrahendas certissimū est. Nūc illos excipimus, qui humaniores literas ex obediētia proficētur, quos ab illis abducere, nec volumus, nec valemus, quos charitas & obediētia & Dei volūtas, & adolescentiū necessitas, qui ad sacrā sciētia addiscendam se parant ad hoc genus studij cōtinuādum astrinxit. Ad illos igitur sermo noster dirigitur, qui eam misericordiam à Domino perceperunt, vt ad studia Theologiæ, & sacrarum literarū, & ad munus docēdi & concionandi vocarentur. Ex his nō paucos nostra ætate video libris gentiliū nimis addictos, qui sepositis sacrorum bibliorum voluminibus, & sactorū Patrum cōmentationib; nescio quas antiquorū poetarum fabellas euoluūt, & sentētiās Philosophorū memoriæ commendāt, historias prophanas legūt, & perlegunt, & more puerorū, qui in schola eloquētiæ ludunt, hæc omnia in pulpitis ad populū sacræ doctrinæ audium prædicare nō erubescūt. Alios videas palati infirmiores, qui vulgares libellos mille dictionis & vanitatib; plenos, manibus terunt, curiosis oculis circūspiciūt, vt ex illis nō more Apostolorū, sed ad imitationem histrionū, & parasitorū aliquid facetum, & putrido sale cōditum, quod populo proponāt, ipsi decerpant. Et iam in bibliothecis multorum, qui se Theologos vocāt, Augustinū, Hieronymus, Gregorius, Ambrosius, & reliqui Patres ad ornātū dūtaxat quaruntur; Poetæ verō, & gētiles philosophi, & prophanæ Græcorū, & Latinorū historiæ, & libri curiositatū & vanitatum referti, ad occupationē comparantur. Illi in suggestu, & in cōmuni conuersatione tacent, isti loquuntur, illi ab hominū memoria delēti quiescunt, isti imprudēter se sacris cōcionibus ingerūt: illi quos Deus ad docendum elegit, reiecti, isti quos Ecclesia vix pro adolescentiū primis tyrocinis permittit, ad docēdum admissi sunt. Quasi verō apud fideles plus valeat Ouidius, quàm Paulus, & efficacius moueat Tullius, quàm Euangeliū, & maiorē auctoritatē habeat Homerus aut Seneca, quàm Spiritus sanctus: qui sacras Scripturas dictauit, & cōmuniter in Ecclesia doctoribus loquutus est. Et quidem hos prophanos auctores aliquādo citare, & quæ adolescentiā didicimus semel aut iterū ad memoriā reducere esset tolerabile, imō ab omni reprehensione excusabile, quod Patres antiqui fecerūt, sed hæc viros, & senes, a tunc grandæuos post studia sacrarum literarū legere, hæc cogitare hæc prædicanda disponere, hæc in fidelium cœtibus diebus singulis effutire, nescio quam possit excusationem admittere. Nam si esset lugenda irre-

1. Mac. 3.

1. Reg. 17.

Eccles. 3.

uerentia, in altari Dei, in quo ei sacrificiū offerimus, primo loco Christi imaginem, & statim figurā Cæsaris; post istam, imaginem Beatæ Virginis, & consequenter Veneris simulachrum, & eodē ordine imagines Petri, & Pompeij, Pauli, & Heliogabali, vnusquē sacti, & vnus histrionis ponere, & sacra prophanis cōtexere, quare nō erit grauis culpa in Ecclesia, vbi Christum audituri conuenimus, nūc Christum, nūc Quidiū citare, nunc Paulum, & post illum, Nasonem adducere, & eadē serie narrationis prophetas, & poetas, Euāgelistas, & philosophos, sactos, & histriones, & parasitorum dicta proferre: At hoc, inquit, facimus, vt Scripturas interpretemur. Sed scripturæ sanctissimæ his ad sui interpretationem non indigent, sine quibus sancti Ecclesiæ Doctores eas explanarunt. Et sicut aurum stanno, & plumbo, & aliis infimis metallis non purgatur, sed inficitur, ita Scriptura sacra his poetarum historicorum prophanorum dictis, nō explicatur, sed inuoluitur, & fuscatur. At facimus, vt populum ad audiendam sacrā doctrinam inuitemus, & his tamquā condimentis mulceamus. Quasi verō Ecclesia in ipsa sacra Scriptura & in Patribus suauissima condimenta non habeat, & his vilissimis salsamētis indigeat. Pro mēsa rudis agri colæ condimētū ex allio paratur, sed pro mēsa regis allium reprobatur, & condimētū ex pipere & sacramento, ex cinnamomo, & ex similibus palato suauibus, & pretiosis apponitur. Et sacra concio mēsa summi regis est, ad quam fideles sacrā doctrinam esuriētes, & sitiētes inuitat, quare vos in ea cōdimēta seruorum, id est, dicta gentiliū apponitis, nisi quia Scripturæ sacræ suauitatem ignoratis: Sed esto hæc condimenta sint sacra cōcione digna, sint tamē condimenta, non panis, sint salsamēta, nō cibus, & vt talia, quā moderatissimē apponantur, licet melius & Deo acceptius esset (vt credo) hæc aliena, & extranea nūquā apponere.

Modū penē huius tractationis excessimus, in qua non quid sacræ doctrinæ proponendę congruat, sed quid animabus perfectionem sitientium conueniat, ex instituto tractamus. Sciant tamen hi, istis prophanis studiis maximam sacræ Ecclesiæ, & cōuerfioni fidelium iacturā asferre (quod alio loco ex professo dicemus) & suæ mentis puritati, ac perfectioni mirum in modum officere. Hæc enim studia in viris religiosis, & doctrinam sacram profectibus, & Deo displicent, & à sacris literis auocant, quæ lectæ & meditatæ mentem emundant, & dum vana legimus, & memoriæ commendamus tranquillitatem & sanctitatem mentis imaginibus vanis, quæ eam scdant, aspergimus. Quomodo enim placebit Deo mēs, quæ sacrarium est Spiritus sancti sæcularibus carminibus plena, historiis referta gentiliū, & sententiis inutilibus prophanorum imbuta? Si duo fratres in vtero Rebecæ pugnabāt, & in visceribus matris collidebantur, ita vt ipsa diceret: Si sic mihi futurum erat, quid necesse fuit concipere,] quid facient in mente spiritualis viri duæ nō germanæ, sed diuersæ doctrinæ, quarum vna ad cœlum vocat, altera verō in terrena, & abiecta demergit: Si arca Dei idolum Dagon nequaquam iuxta se manere sustinuit, sed illud abscissis manibus, & capite trūcatum in solum deiecit, quo pacto sacrorum cognitio in Christiano, & religioso corde, incest, & iniquitates falsorum Deorum, & lasciuia poemata, & vana poetarum signenta, secum patienter sustinebit? Si non est participatio iustitiæ cum iniquitate, nec societas lucis ad tenebras, nec cōuentio Christi ad Belial, aut pars fidelis cum infideli,] quid facit cū Pfallerio Horatius, cum Euāgelis Maro, cum Apostolis Cicero, & alij libri in immensum vaniores, quos non amor

A eloquentiæ potest obterege, sed apertum vitium curiofitatis damnare? Profecto hæc sacrorum, prophanorumq; mixtionē Domino displicere Hieronymi historia satis euidenter probat, quam licet communem, & omnibus notam nō prætermitto his scriptis inferere. Referam tibi, inquit ad Eustochiam Virgineam, meæ infelicitatis historiam. Cū ante annos plurimos, domo, parētibus, sorore, cognatis, & quod his difficilior est, cōsuetudine lautioris cibi propter cœlorū me regna castrassem, & Hierosolymā militaturus pergerē, bibliotheca, quā mihi Romæ summo studio, ac labore confeceram, carere omnino nō poteram. Itaque miser ego, lecturus Tullium, ieiunabam, post noctiū crebras vigilias, post lacrymas, quas mihi præteritorum recordatio peccatorum, ex imis visceribus eruebat, Plautus lumbatur in manus, si quando, in memetipsum reuertus, Prophetas legere cœpitem, sermo horrebat incultus, & quia lumen cæcis oculis nō videbā, nō oculorum putabā culpā esse, sed solis. Dū ita me antiquus serpens illuderet, in media fermē quadragesima medullis infusa febris corpus inuasit exhaustum, & sine vlla requie, quod dictū quocq; incredibile sit, sic infelicia mēbra depasta est, vt ossibus vix harerem: Interim parantur exequiæ, & vitalis animæ calor, toto frigidescēte iam corpore, in solo tantū tepēte pectusculo palpitabat: Cū subito raptus in spiritu ad tribunal iudicis pertrahor, vbi tantū luminis, & tantū erat ex circumstantium claritate fulgoris, vt proiectus in terrā, sursum aspiciere nō auderē: Interrogatus de cōditione, Christianum me esse respondi. Et ille, qui præsidebat, Mentiris, ait: Ciceronianus es, non Christianus, vbi enim thesaurus tuus, ibi & cor tuū. Illico obmuti, & inter verbera (nā cædi me iusserat) elocientia magis igne torquebar, illū mecum versiculum reputans: in inferno autē quis confitebitur tibi? Clamare autem cœpi, & cœlū dicere: Miserere mei Domine, miserere mei. Hæc vox inter flagella resonabat. Tandem ad præsidentis genua prouoluti, qui adstabāt, precabātur, vt veniam tribueret adolefēticiæ, & erroi locum penitentię cōmodaret, exacturus deinde cruciatū, si gentiliū literarū libros aliquādo legissem. Ego, qui in tāto cōstrictus articulo, velle etiam maiora promittere, deietare cœpi, & nomē eius obtestas dicere: Domine, si vmq; habuero codices seculares, si legero, te negaui. In hæc sacramēti verba dimissus reuertor ad superos, & miratibus cūctis oculis aperio, tanto lacrymarū imbte perfusus, vt etiā incredulis fidē facerē ex dolore. Nec verō sopor ille fuerat, aut vana sōnia, quibus sæpe deludimur: Testis est tribunal illud, ante quod iacui: testis iudicium triste, quod timui, ita mihi nūquam contingat in talem incidere quæstionē, liuētes fateor habuisse me scapulas, plagas sensisse post somnū, & tāto dehinc studio diuina legisse, quāto nō antē mortalia legerā. O quātos habitū Ecclesiasticū, & religiosum gestātes nūc Dominus inueniret, quos ob similē causā vehementius, & acrius flagellaret, quia inuerecundiū quā Hieron. eiusdē sunt criminis patros! Qui nō Tullii, aut alios similes auctores eloquentiæ gratia legūt, quod nō multū dānaremus, sed libellos linguis vulgarib⁹, aut versu, aut prosā editos, non piā, sed prophana, & parū honesta redolētes, causā curiositatis euoluunt. At non flagellat illos Deus, quoniam illos, aut non amat, aut non nimis amat, & iste zelus Domini, quo statim in hac vita delicta suorum ponit, iudicium est magni erga illos cuiusdā amoris, qui, quod Dei amāntis oculis displicet, è vestigio interno dolore cordis excoquit, & illata pœna diluit. Non flagellat illos Deus, quoniā obtantum temporis spatium inutiliter

Hieron.
epist. 22
ad Eustochiam.
13.

Gen. 25.

1. Reg. 5

2. Cor. 6.

impensum non vnius horæ flagellis, sed acerbitate, & diuturnitate ignis purgatorij puniendi sunt.

Sed quis explicet, quantum isti his prophanis studiis ab studio diuinarum Scripturarum auocentur. Nam sicut qui meretricè amat, in vxoris amore tepescit, ita qui disciplinarum inanium amore capitur, sanctissimæ disciplinæ, quæ in cœlû ducit, amore & desiderio priuatur. Et hæc, vt ait Guillelmus Parisiensis, nobilis auctor, sponfa est, cæteræ verò, vt ancillæ & pedisequæ, habendæ sunt, & propter illam solâ querendæ, & diligendæ. Quis autem sustineat propter immoderatum harum amorè ancillarum quemquam ab spôsæ dulcissimæ amplexibus auocari? Leuis etiam animus, ac leuitatibus assuetus immensum pondus sacrarum Scripturarû audire non sustinet. Nemo mittit commissuram panni rudis in vestimentum vetus, tollit enim plenitudinem eius à vestimento, & peior scissura fit. Sic Dominus animû mysteriorum cœlestium cognitione nõ reficit, quem verustate curiositatis, & imbecillitate cõsiderationis rerum prophanarum cõsumptum repetit. Hic enim rumpetur, id est, indigna de Deo, & de rebus diuinis cogitaret, dum illas cum rebus prophanis, quas assuetus est cogitare, componeret. Nemo etiam mittit vinû nouum in vtres veteres, alioqui rumpuntur vtres, & vinû effunditur, & vtres pereunt: sic in mētēs huius vni antiquitatis amatrices, quæ libri prophani continent, sacra mysteria, quæ sicut vinum nouum, ebulliunt, & cor ac mentem immutant, mittenda non sunt. Vidimus enim hoc vinum, in huiusmodi mentes missum, non semel effusum, id est, sine debita maiestate tractatû & sine spiritu administratum, ita vt populum bibentem non inebriet, neque ad reum terrenarum obliuionem inducat. Ideo seuerissimum iudicium est Domini, vt isti qui libris vanis affuescunt, nec libros sacros legant, nec intelligant, nec sciant, nec eorû, quæ summa, ac ineffabilis est, putissima voluptate fruantur. Comedant illi farinâ Egypti, & ex illa sibi, & suis auditoribus panem conficiant, quia donec illam abijciant, cœlestis manna guttimum minime accipiant. Quia verò non potest comedi in-

Guiller. li.
de ventu-
ribus
c. 1.

Matth. 9.

Matth. 9.

Iob 6.

Basil. bō.
1. 2. in ini-
cium pro-
uerbiorū.

sulfum, quod non est sale conditû, propterea sacros libros auersantur, in quibus, ob noxias doctrinas, quæ eorum palatum cordis inficiunt, nullam esse suauitatem agnoscunt. Profectò Basilus honestiores disciplinas existimat ab studio Scripturarû abducere. Iam enim quidam, ait, Geometriæ vacantes, quam Egyptij inuenierunt, vel Astrologiæ, quæ apud Chaldaeos in pretio est, denique circa figuras, & vmbas, & ea quæ in aère versantur, tēpus terentes, omnino ex diuinis verbis doctrinam eruditionemq; neglexisse ac spreuisse inueniuntur. Sed & poëtica, & Rhetorica, & sophismatum inuentio multos occupant, quorû materia mendacium est. Nam neq; poëtica sine fabulis consistere potest, neque Rhetorica sine arte dicendi, neque demum sophistica sine paralogismis. Si ista ô Basili ex tua sententia, quam nullus sanæ mentis spernet, sacra Scripturæ cognitioni obstant, quæ tamen moderatè accepta damnanda non sunt, & solè eius interpretationi proficere, quid de libris vanis & impuris ipse scitires? An putas poëmata Hispanica, & Italica, & Gallica, impuros amores, & lasciuas historias resonantia, esse manibus religiosorum digna, in quibus verbum Dei proponere, & disertè interpretari discant? Sanè istam lectionè inutilem omnino damnaret, qui lectionem sæpe vilem ob vsum eius immoderatum reiecit. Erubescant ergo mentes Deo consecratæ ista legere, imò & ista respicere: libri vani, quos res publica ad maiora mala vitædam permittit, funditus à cœtibus religiosis auferantur, &

A eos vel contingentes seuerissimè castigentur, ne studia Sacrarum literarum impediunt, & puritati mentium religiosarum officiant.

Illud autè præcipuum est, & nostro instituto cõformius, quòd inutilium disciplinarum cõsideratio, & inanium librorum lectio, mētem maculat, & tranquillitatem ad orādum, & cum Deo colloquendum, expellit. Quod insignis, & valde notādus locus Cassiani demonstrat. Cum enim Germanus ex ore Abbatis Nestorotis audisset, mentis puritatè esse apprimè necessariam ad intelligētiā sacrarum literarum, in hunc modum seniore interogat. Ad hæc ergo occulta primùm cõpūctioe permotus, ac deinde grauius ingemiscēs. Hæc, inquam omnia, quæ copiosissimè digessim, maiora mihi intulerunt desperationis augmenta, quàm hactenus sustinebam. Quippe, cui præter illas generales animæ captiuitates, quibus nõ dubito infirmos quosque pullari, extrinsecus speciale impedimētum salutis accedit, per illam, quam tenuiter videor attigisse notitiā literarum, in qua me ita vel instācia pædagogi, vel cõtinuæ lectionis maceravit intētio, vt nunc mens mea poëtici vel infsecta, carminibus, illas fabularû nugæ, historiæque bellorum, quibus à paruulo primis studiorû imbuta est rudimentis, orationis etiam tempore meditetur, psallentiq; vel pro peccatorû indulgentia supplicanti, aut impudens poëmatû memoria suggeratur, aut quasi bellantium herou ante oculos imago versetur. Taliūq; me phantasmatû imaginatio semper illudens, ita mentem meā, ad supernos intuitus aspirare non paritur, vt quotidianis fletibus nõ possit expelli. Sic ille interrogauit, cui sapientissimus senex respōdit simili instātia, ac diligentia erga sacra Scripturâ impela inanium rerum recordatione esse sensim abolendā. Ex quo manifestè colligitur, non iam antiquā, & tempore adolescentiæ quæsitam, sed nouam, & quotidie instillatam vanitatum memoriam, multò efficacius mētis tranquillitatem, ac animæ puritatē, ac fiduciam impedire. Illa namq; carminum & historiarum recordatio, quam in adolescentia didicimus annofa est, & imbecilla, ac proinde nõ multum inquietat, at ista vanitatum memoria, nouis lubricationibus aucta, vt robusta, & adolescēs fortius pellicit, & nos diuina meditates, ad res inanes fingēdas inducit. Illam excusat iuuentutis ardor, & desiderium iaciēdi altiorum disciplinarum fundamenta vt cumq; sanctificat. Hanc autem quifnam status, aut quænam puritas intentionis excuset? An status religiosus, & sacerdotalis ad propriā perfectionē querendam, & animarum salutem curādā, & ordinatus? Sed hic talium rerum lectione fedatur, & impotērior ad virtutes quærēdas, & res diuinas annunciantes redditur, & velut cœno his sæcularibus & prophanis obruitur. An intentio omnia sciendi, & omnium disciplinarum exercitatione, quamdam scientiæ vniuersalitatem captādi? Sed ô stulta vniuersalitas, quæ vniuersalitatem virtutum impedit, & spiritum compunctionis, & deuotionis extinguit. Hanc omnium disciplinarum cognitionem, sancti Doctores, qui ea fuerūt præditi, congruis temporibus quæsierunt, & tempore adolescentiæ compararunt, quia elapsa, non legimus ipsos prophanis libris inhæsisse, & poëtarum ac gētilium scripta frequentasse. Quin imò, qui ex ipsis ad vtilem ætatem sine humanis scientiis peruenerūt, nullam postea earû habuere rationē sola sacra Scripturæ cognitione contenti. Ita qui perfectionē & puritatē amat, si adolescēs Philosophotum subtilitates, & Poëtarû suauitates non didicit, iā vir factus, & ad studia Theologiæ subuectus, curâ humana sciendi omnino deponat. Nā profectò

Cassi. col.
14. c. 12.

B

C

D

E

nescio, quomodo illum non pudeat post lectionem carminum, aut librorum inanum ad cōspectum sui creatoris accedere, Psalms canere, aut Christi saluatoris nostri vitam meditari? An non legit in Apostolo: Non potestis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum: non potestis mensā Domini participes esse, & mensā dæmoniorum? Quomodo ergo audet post lectionē libri prophani, & lasciuī, aut parum honesti, qui calici, & mensā diaboli cōparatur, ad mensam Domini, scilicet, ad orationē accedere, & vinum diuinā cognitionis & amoris postulare? Satis perfricta frōtis est, qui hoc audet, & satis mihi compertum est, quod non obtinet. Illos enim, qui similibus vanitatibus inuoluti ad orationem accedūt, Deus iustus iudex irridet. Dicit illis: Vbi sūt Dij vestri, in quibus habebatis fiduciam? De quorū victimis comedebatis adipēs, & bibebatis vinū libaminū: surgāt, & opulentur vobis, & in necessitate vos protegant. Ipsi vos suis signis pascant, suis nugis demētent, suis illecebris afficiāt, quia ex me sapidā rerū diuinarum cognitionem, & purissimum celestium amorem, quo vos indignos reddidistis, nō habebitis. Hoc ergo initium sit, quo sciendi appetitum moderemur, vt nos, qui vitam spiritualem agimus, vana & prophana penitus ignoremus, & sola spiritalia, & nobis ac proximis, profutura discamus. Reliqua verō, quæ ad rectificandum hunc appetitum pertinent, ne plusquā solet istud caput exerceat, sub principio dicemus.

De eodem appetitu sciendi moderando.

C A P V T X L.

AM à religiosis cordibus amorem, inanum disciplinarum exclusimus. Itemus promissis, & modum sciendi sacras disciplinas exponamus. Si enim vena & prophana à religiosis addiscenda non sunt, imò nec penitus audienda, nec legēda, & humana, vt philosophica, eatenus acceptāda quatenus ad Theologiam cōferunt, quomodo isti studendum sit, ab his, qui perfectionem diligunt, dicendum est nobis, ex quo modus addiscēdi philosophicas disciplinas, qua ratione ad sacram scientiam viles sunt, facile erit explicare. Neq. omnia, quæ ad hoc argumētū pertinēt, dicere aggredimur, quippe qui nōnulla suprā diximus, cū scholasticos religiosos instruximus, & alia in postrema huius operis parte, cū, Deo concedente, ministros animarū erudiemus, sumus dicturi, sed ea tātū que propria huius loci cogitauimus, breuiter proponemus. Omnes scientias siue humanas, siue diuinas modum habere, quo sciantur ipsa philosophia profitetur, cuius sectatores sciēdi modū inuenerunt, eumq. ad formam, artēmq. redactū Dialecticam nuncuparunt. Quod amplius est, docet & Paulus: Si quis, ait, se existimat scire aliquid, nōdum cognouit quemadmodū oporteat eum scire. Vbi hu militatis modestiāq. adeptionem, & propriā ignoratiā cognitionem ad modum scientiæ exquirēda pertinere ait. Docet & Salomon Prudentiā, inquit, tuæ pone modum:] quasi & ipsa prudētia, quæ pars est sapientiæ, & omnīū est moderatrix, modo, vt subsistat, indigeat. Duplex autem est modus acquirēdæ sapientiæ, alter quo eā ad sciendum, alter quo ipsam ad nos, & proximos perficiendum acquiramus. Modum illud priorem philosophi tractent, nos verō pro instituto nostro posteriorem explicemus, sine quo & ille primus, & quicquid eo cognitionis acquiratur, parui momenti existimamus. Est namq. sciētia sine adiumento virtutis, innumeris

A referta periculis, quam immoderatus amor ancillam sæpe ambitionis, inanis gloriæ, superbiæ, & quæstus efficit. Quæ profectō similis est gladio in manu phrenetici, similis est pecuniæ in potestate tyranni, similis & formæ, quam natura dedit impudicæ mulieri, de qua inquit Salomon: Circulus aureus in naribus suis mulier pulchra & fatua.] Sicut enim sus circulum aureum, ac splēdidum naribus ferens illum luto immergit, & sordibus fœdat: & sicut mulier impudica, pulchritudine decorata illa ad lasciuiam, & turpitudinis malum abutitur, ita scientia præditus, virtutis amore, & studio destituta, eam facit instrumentum ambitionis, & turpis lucri, & ad inanem gloriam captandam inflectit.

Modus itaque, quo scientiam captare debemus, is est, vt & illā, & ipsius acquisitionem, virtutis ac perfectionis instrumentum faciamus. Qui enim dū scientia proficiunt, non curant augmentū comparare virtutis. Aggæi Propheta reprehensionem audire possunt, qua ait: Respexit ad amplius, & ecce factū est minus: & intulisti in domū, & exufflaui illud: quia in ob causam dicit Dominus exercituum: Quia domus mea deserta est, & vos festinatis vnusquisque in domum suam.] Ampliores namq. donorum thesauros percipiunt, & licet scientia crescant, quotidie indigentiores fiunt, quia à potioribus donis, nimirum à virtutibus ipsis discedūt. Quia perfectō discedere à virtute est, nō eam procedentibus annis promouere, nec præstantissimo scientiæ instrumento perficere. Quæ autem inferunt in domum Domini, scilicet in mentem suā, Dominus ipse indignabundus exufflat, quoniam scientiam sanē virtute quæsitā, aut penitus inutilem, aut certē parum vilem esse permittit. Et hoc est illam exufflare, sine fructu virtutis, in ipso habente, & in aliis relinquere. Merita quidem pœna insipientis, qui scire ad sciētiā, vel ad curiositatem, vel ad vanitatem, & non ad virtutem sanctitatemq. festinat, etenim mentem suam, quæ domus Dei est, vacuam deserit, dum soli rerum cognitioni incubās, intellectū disciplinis proprio labore quæsitis replet. Neque istud solum detrimentum ex scientia, non ad virtutem ordinata progreditur, sed & aliud multo nocentius, quod dum virtutem talis scientia non iuuat, vitis ac peccatis subseruit. Nam & prima parēs generis nostri vidit, quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectūque delectabile, & tulit de fructu illius, & comedit, deditque virō suo, qui comedit.] Vidit, & comedit, & creatoris præceptum transgressa est. Vidit, & dedit vito suo, qui & idem Domini mādaturū transgressus, nos omnes filios suos transgressores fecit, & æterna morte damnauit. Cur ita? Quia mulier lignum ad solā curiositatem aspexit. Si enim non ad curiositatem, sed ad gratitudinē, & ad Dei laudē otiosa scēmina arborem aspexisset, non ex aspectu animum delinquendi, sed affectū gratias agendi & creatorem adorādī comparasset. Ecce fructum curiosæ scientiæ, quā non bona intentio parturit, non virtus terminat, non desiderium proficiēdi definit, ad contemptum mandatorū solet impellere, & vt quis suæ ambitioni, aut infami quæstui, vel alij immoderato affectui satisfaciat, non timet, quod etiam Deo displicet inuerecundē patrare. Parum est hoc, nam etū ad propriam voluntatem explendam conferat, alios etiam ad malū instigat, & quos posset bono scientiæ vsu ad sanam mentem reducere, vsu præpostero socios facit damnationis. Mala ista vitat, qui scientiam ad virtutem addiscit: qui orat cum Propheta: Bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me.] Ita scilicet, vt primò bonitatem & sanctitatem quærat, & propter

illam

1. Cor. 10.

Dom. 33.

1. Cor. 8.

Prov. 23.

Prov. 11.

Agg. 1.

Gen. 3.

Ps. 118.

illam disciplinam, & scientiam acquirat. Quae dum hoc sine quaritur, & ipsa scientiae acquiratio instrumentum virtutis efficitur, mira scientiae sectator pulchritudine mentis decoratur. Nam dum intellectum instruit, voluntatem regit, affectus dirigit, sensusque moderatur, & quicquid a rectitudine deuiat, mira leuitate componit. Egregie sane Bernardus ait: Non dico contemendam, aut negligendam scientiam litterarum, quae ornant animam, & erudit eam, & facit ut possit etiam alios erudire, sed duo illa oportet, & expedit, ut praecedant, in quibus summam salutis constitui superior ratio declarauit. Et vide si non inuehatur, & non doceatur huc ordinem, qui dicebat: Seminate vobis ad iustitiam, merite spem vitae, & illuminat vobis lumen scientiae.] Ultimam posuit scientiam tamquam picturam, quae statum habere nequeat super inane: Et inde illa duo praemisit, & subiecit illi tamquam si solidam aliquid picturam substerneret. Is ergo duo ista scientiae subternenda, timorem Domini, atque amorem esse ait. Ita igitur scientia discenda est, ut virtutis maiorem rationem habeamus, imò & ipsam scientiam adiumentum virtutis, ac instrumentum sanctitatis, faciamus.

Sed qua ratione scientia, quam discimus, erit instrumentum virtutis? Ita quidem si eius praesidio non solum intellectum instruamus, verum etiam affectum bonum diligendum, & malum odiendum, excitemus. Ideo enim non contemendi Doctores Theologiam, tum specularicem tum effectricem vocant, quod affectum excitet, & manus ad bonum opus moueat, nec sit sola diuinitatis consideratione contenta. Et licet aliqua cognitio, & maxime Dei, propter seipsam expecti possit, quasi ipsa simpliciter sit amore, ac desiderio dignissima, affectum tamen amoris non excludit, imò ita secum copulat, seu potius imbibit, ut sine illo mutila & imperfecta censeatur. Quis enim non videat, eam notitia, qua Dei summam perfectionem agnoscimus, esse manca, si non ad ipsius reuerentiam & amorem assurgat? Aut quis dubitet intellectum datum esse, ut decem affectus, qui frustra per veritates volitat, si non affectum ad aliquid amandum, vel detestandum deducat? Ita igitur intellectus cognoscat, ut voluntatem moueat, & saltem in fine discursus aut considerationis, fructu affectionis non careat. Quia omnia quae sacra scientia docet, potentissima sunt, ad cor emolliendum, & voluntatem Deo subiiciendam, & totum hominem immutandum. Vnde scriptum est: Quia viuus est sermo Dei, & efficax] ad mouendum. Et iterum: Numquid non verba mea sunt quasi ignis, dicit Dominus, & quasi malleus conterens petram?] Ut ergo istud aliquo exemplo pandamus. Si Deum esse non iam sola fide cognoscis, sed scientia tenes, & multiplice demonstratione conuincis, sanctum ex hac cognitione timorem concipito, quia Dominum habes, cui seruire, & cuius praeccepta custodire debes, & quem confiteris tuorum actuum & intentionum cognitorem. Si eius spiritualitatem, simplicitatem, immortalitatem, perfectionem, infinitatem, immensitatem, immutabilitatem, aeternitatem, & reliqua attributa consideras, excita in corde tuo amoris affectum, quo illum summè diligas, & diligentissime eidem obsequi satagas, quae vides esse abyssum vniuersae perfectionis. Si gloriosissimam Trinitatem personarum contemplaris, & illam summam naturae vnitatem, à soliditudine separatam, & nullo modo à suppositorum distinctorum societate dilinctam, ad tantae maiestatis reuerentiam te ipsum impelle. Si Deum creatorem triplici naturae pure spiritualis, & pure corporalis, & mixtae ex spiritu & corpore cogitas, ac huius vniuer-

Bern. ser. 37. in car.

Osea 10.

Heb. 4. lere. 2. 3.

A litatis effectorem, erige spem in illum, qui inquit opus, scilicet te, non deseret, neque quem amas, velle filium, vniquam derelinquet. Si virtutum ac vitiorum naturas perscrutaris, si non tantum ut scias, sed etiam ut virtutum opera facias, & omne quod vitiosum est, constanter effugas. Ex consideratione legum obedientiam, ex cognitione gratiae, sine qua nihil boni potest fieri, humilitatem, ex contemplatione incarnationis Christi, ac redemptoris humani generis, diuinae pietatis admirationem, ex sacramentorum efficaciam hilaritatem, ex nouissimorum cogitatione mundi contemptum elicias. Breuiter nullam Theologiae veritatem addiscas, quae non sequatur aliquis virtutis, aut deuotionis affectus, ut si noua notitia te facit magis doctum, nouus etiam affectus te faciat magis studiosum, atque deuotum. Et quemadmodum qui diuitias magno labore conquirat, si prudens est, non illas perpetuo recedit, sed in necessarios usus infundit, & nunc vestem comparat, quae se ornet, nunc cibum, quo se sustentet, nunc domum, quae se à frigore caloraeque defendat, nunc eleemosyna erogans facit sibi amicos de mammona iniquitatis, qui recipiant eum in aeterna tabernacula:] ita qui thesauros scientiae sibi parat, debet illorum pretio bonorum operum, cibos, virtutum indumenta, tentationum victorias, & proximorum salutem comparare. Quod profecto assequitur, cum scientiae opes ad affectum & mores transfert, & non tantum in intellectu veluti in arca recedit. Hunc itaque omnium scientiarum finem, qui in bona vita, & mentis sanctitate consistit, ipsa disciplinarum acquiratio semper exquirat, quia si ipsarum disciplinarum scopus est, etiam & scopus acquiritionis erit. Nam & regius propheta canit: Beati immaculati in via, quia ambulauit in lege Domini. Beati qui scrutantur testimonia eius, in toto corde exquirunt eum.] Quasi ad hoc testimonia Domini scrutanda sint, ut ea actione praestemus, ut totis visceribus exquiramus.

Aliud autem obseruandum est, ad modum sciendi quadam ratione pertinens, ut scilicet, non semper in medijs haeremus, nec in via subsistamus, sed ad finem, cuius gratia media assumuntur, & ad vitae terminum festinemus. Scholasticae enim subtilitates, & rerum abditarum disputationes, media sunt ad sacram Scripturam indagandam, & itinera quadam, quae conficimus, ad terminum sanctarum Scripturarum obtinendum. Non igitur omnem nostram aetatem argumentationes, & disputationes, & contentiones sibi vendicent, sed aliquid temporis suauitati sacrarum Scripturarum, & tranquillitati sapientiae concedendum relinquunt. Illis enim qui disputationibus semper insunt, & nunquam ad sanctas Scripturas perscrutandas accedunt, optime congruit illud Pauli: Semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes. Nam ipsa Scriptura sacra, si quae alia, est scientia veritatis, quae infallibilem veritatem continet, & eam non humana industria, sed ipse auctor veritatis adiuuenit. Hanc autem, ut virtutis scholam, ut perfectionis officinam, & ut mortuorum animae curatricem, perscrutabimur. Neque enim vniquam nobis placere poterunt, qui libros sacros perinde ac Tertentium, aut Maronem, aut Tullium exponunt, & nihil aliud nisi vocum significationes, & Hebraeorum phrasas, & sensuum nouitates quaerunt. Illos rogo, ut si consilium insipientis forte despexerint, at zelum & charitatem, quae haec dicuntur nequaquam spernant. Quia si cut facillimum est chartas, poetarum versibus, & prophanorum auctorum dictis implere, ita patrum vile est tam humili, & humano modo Scripturam sacram explicare. Cuius rei non alios testes

B

C

D

E

Luc. 16.

psal. 118

2. Tim. 3.

nisi ipsos, qui ita sacras literas interpretantur, adduco, quorum corda non compuncta, non deuota, sed arida, & dura reperio. Scriptura diuina eo spiritu est interpretanda, quo scripta est. Si verò eam Spiritus sanctus dictauit, (& sine dubio ipse dictauit) ipse etiam illam explanet. Quis autem credat, Spiritum sanctitatis, non aliud nisi prophana resonare, & omnis perfectionis doctrinam, quæ sacris literis continetur, carminibus poetarum, & Grammaticorum dictis tantum exponere? Omnia Spiritus curiositatis adulterat, & non modicum nostris temporibus sanctarum literarum interpretationem inficit. Quæ sane si aliquid aut poetica, aut humana historia, aut philosophia, aut astrologia, aut aliarum disciplinarum humanarum ad sui expositionem admittunt (quod negare magna esset incipientia) tamē hoc minus est, quod ad suum intellectum eruendum exposcūt. Maius autem, imò & præcipuum est, vt orationis & puritatis spiritu eas interpretemur, & ex Ecclesiæ traditiones, & sanctorum patrum scriptis, qui à Deo fuerūt illuminati, germanum ipsarum sensum eruamus. Ita fiet, vt ipsæ scripturæ sanctæ nos doceant, nos dum eas legimus, ad omnem virtutem moueant, nos ad desiderium puritatis alliciant. Eritque scriptura diuina (quæ vera sapientia est) nobis etiam sapida scientia, nam & intellectum illuminabit, & voluntatem dulcedinis suæ gustu reficiet. Si itaque in Scriptura sancta non curiositatem nec arrogantiā: sed sanctitatem quaeris, & verum sensum, qui te, & alios moueat perscrutaberis, ad mirā cordis puritatem eius lectione, & inquisitione peruenies. Assequeris profectò illam mentis tranquillitatem, atque mundiciem, quam his verbis Ioannes Cassianus depingit. Deinde hoc tibi est omnimodis enitendum, vt expulsa omni sollicitudine, & cogitatione terrena, assiduum te, ac potius iugem sacræ præbeas lectioni, donec continua meditatio imbuat mentem tuam, & quasi in sui similitudinem formet, arcam quodammodo ex ea faciens testamenti, habentem scilicet in se duas tabulas lapideas, id est, duplicem instrumenti perpetuam firmitatem: vnam quoque auream, hoc est, memoriam puram, atque sinceram, quæ reconditum in se manna perpetua tenacitate conferuet, spiritualium scilicet sensuum, ac angelici illius panis perennem, cælestemque dulcedinem: nec non etiam virgam Aaron, id est, summi, veri que pontificis nostri Iesu Christi salutem vexillum, immortalis memoriæ semper viriditate frondescens. Hæc namque est virga, quæ postquam de radice Iesse succisa est, viuacius mortificata reuifescit. Hæc autem omnia duobus Cherubim, id est, historica, & spiritualis scientiæ plenitudine protegentur: Cherubim enim interpretatur scientiæ multitudo, quæ propitiatorium Dei, id est, placiditatem pectoris tui, iugiter protegent, & à cunctis spiritualium nequitiarum incurilibus obumbrabunt. Et ita mens tua non solum in arcam testamenti diuini, verum etiam in regnum sacerdotale prouecta, per indissolubile puritatis affectum, quodammodo absorpta spiritualibus disciplinis, illud implebit pontificale mādaturum, quod à legiflatore ita præcipitur: Et de Sanctis non egredietur, ne polluat Sanctuarium Dei, id est, cor suum, in quo iugiter habitaturum se Dominus repromittit, dicens: Inhabitabo in eis, & inter illos ambulabo. Quam mentis perfectionem solus ille Scripturarum sanctarum lectione conquirit, qui mundus à peccato quantum ista mortalitas tulerit, & rectissima intentione proficiendi sibi & aliis ad earum lectionem accesserit, ac sancta sanctè, non verò prophane, aut curiose tractauerit.

Cassian. col. 14. c. 28.

Hebr. 9.

Leuit. 21. 1. Cor. 6.

A Nec putandum est me, aut sensum literalem sacrarum Scripturarum taxare, aut ad sensus mysticos earundem discipulos, aut interpretores adigere. Legi enim, Quia omnes domestici eius, id est, Ecclesiæ sanctæ, ueluti sunt duplicibus,] quibus uerbis, si Cassiani interpretatione admittimus, duplex Scripturæ sensus literalis, & mysticus aperte notatur, quem omnis scriba doctus in regno cælorum libenter admittit. Legi etiam de spirituali sensu: Ecce descripsi eam tibi tripliciter in cogitationibus, & scientia, vt ostenderem tibi firmitatem, & eloquia ueritatis,] quo triplex spiritualis sensus, allegoricus, mysticæ noui testamenti sub literæ serie continens, tropologicus, ad morum instructionem pertinens, & analogicus, ad cælestia mysteria declaranda conscendens, nobis innuitur. Noui quoque, mysticos sensus, nisi literali intelligentiæ nitantur, & ei aliqua ratione consentiant, parum utilitatis afferre. Illa enim, quæ primò à diuino spiritu intentata, est, præcipuum inter Scripturæ sensus locū obtinet, quam qui ignorat, sacram Scripturam profus nescit. Non inquam, sensum literalem reiicio, qui primus, & nobilissimus est, sed puto, quia sicut hunc grammatici non assequuntur, sed uiri doctissimi, & Dei auxilio specialiter fulti, ita nec totus à phrasibus, ab Hebraïsmis ab Homeri, aut Virgilij uersibus, & ab aliis similibus pendet. Quare qui totum studium in his colloquant, & ut literæ mordicus hæteant, sacras literas more grammaticorum interpretantur, lōgè ab eius intelligentia discedunt. Certè Hilarius Matthæum, Hieronymus Prophetas, Chryostomus Genesim, Ioannem & Paulum Ambrosius Lucam, Augustinus Dauidem, & Gregorius Euangeliorum partes (vt alios omittam) aut in omnibus, aut in multis ad literam interpretati sunt, in quibus non poetarum carmina lego, non philosophorū ieiunia dicta, nec hieroglyphicorū expositiones inuenio, sed uerba maiestatis plena, & spiritu mouendi referta, & sanctitatem redolentia conspicio, quæ corda hominum moueant, non mulceant. Estque ipsorum interpretatio Scripturæ interpretate cōformis, vt sicut istam Spiritus sanctus dictauit, ita illam Spiritus puritatis, studium orationis, & scientiæ cælestis scripsit. Isti sancti Patres in magistros, & Doctores Ecclesiæ à Deo dati sunt, & qui modò scripturas interpretantur, se eorum discipulos dicunt, in ratione ergo exponendi, & discendi scripturas magistros imitentur. Non nouam exponendi rationem inuehant, spiritu uacuum, & curiositatis plenam, sed ita genuinū literæ sensum in Scripturis sanctis inquirant, vt tamē sanctitatem dicendorum, & maiestatem dicendi, quam sacræ interpretationes requirunt, non omittant. Nam si Lactantius sanctissimū, & eloquentissimū Cyprianum notat, quod fideliter aduersus infideles scripserit, & Scripturæ testimoniis conuincere, non recipientes Scripturas, uoluerit, cur nos eos non notabimus, qui ad fideles, quasi infideliter scribunt, & solis ethnicorū dictis, atque carminibus intelligentiam sacrarū Scripturarum instillare cōtendunt? Non, inquit, Scripturæ testimoniis, quam Demetrianus utique uanam, fictam, commentitiā putabat, sed argumētis, & ratione fuerat refellendus. Nam cum ageret cōtra hominem ueritatis ignarū, dilatis paulisper diuinis lectionibus, formare hunc à principio tamquā rudem debuit, eique paulatim lucis principia monstrare, ne toto lumine obiecto caligaret. Ita & nos dicimus, non poetarum, & ethnicorum dictis, quæ diuinarum Scripturarum auidi, vt ridicula, & uana contemunt, passim, & ubique docendi sunt, sed sanctorum Patrum auctoritatibus & doctrinis imbuendi. Nam

Prou. 31. Cassian. col. 14. c. 8.

Prou. 22.

Lactan. 5. diuin. institut. c. 4.

cum

eam viri fideles, & saepe in adolescentia rebus ludicris satis instructi doceantur, dilatis aliquantulum, aut cum magna sobrietate resumptis prophanis lectionibus, sacris & a nostris elucubratis erudiendi sunt, & tamquam fortiores non puerorum lacte, sed solido doctrinae pane saturandi. Hæc ergo poetica, & ethnicorum dicta, si aliquando ad Scripturarum interpretationem adducenda sunt (quod permittimus) non tamen semper, & ubique, & in omnibus inculcanda, ne sanctitatem sacrarum Scripturarum prophana violent, & Dei ipsius mixta sermonibus, eos non tam declarat quam obscurant. Qui autem ad imitationem sanctorum Scripturam sacram exposuerit atque perlegerit, non dubium, quin ex eius lectione magnum fructum sanctitatis percipiat. Sermones enim diuini sensum legentium pectoribus virtutes inferent, & omne vitium extirpabunt.

Iam postremum dicamus, quod ad discendi tempus spectat, ut scilicet discendi desiderium omne tempus non occupet, sed debitas dei horas pie & affectui seruiendi lectioni atque orationi relinquat. Nam sacrarum etiam literarum studium minus efficax est ad pacendum animum, nisi oratione iuuetur, & intenta meditatione fulciatur. Sacras enim literas legere aut discere, nihil aliud est, quam alimentum animæ ori intellectus ingerere, illas verò meditari, est, cibum acceptum dentibus comminuerè, & orare, est, in ventrem traicere, & per omnia spiritus membra diffundere. Sicut autem corporalis cibus ori ingestus, si dentibus non teratur, nec in stomachum traiciatur, & in sanguinem commutetur, nihil ad corporis sustentationem proficit, ita sacra mysteria intellectu percepta, nec per meditationem, & orationem in nostros affectus transfusa, parum ad augmentum nostræ virtutis proficiunt. Idem hortatur sapientia: Venite, comedite panem meum, & bibite vinum, quod miscui vobis. Non solum ut frangamus panem, vult, sed etiam, ut comedamus, & bibamus vinum consolationis suæ. Non autem comedit hunc spiritualem Scripturæ panem, qui legit, sed qui meditatione, & oratione tanquam dentibus terit. Et qui manducationem potus subsequitur, meditationem Scripturarum, & super meditati seruentissimam orationem, consolatio cælestis comitatur. Iustus itaque, ac perfectionis amator comedit, & replet animam suam: venter autem impiotum insatrabilis. Hi numquam saturantur, quia numquam comedunt, nec Dei verba deglutiant, ille verò saturatur, quia cibum Scripturæ meditatione comedit, & ventrem mentis suæ, duos sinus intellectus & voluntatis habentem veritatibus & sanctis affectibus replet. Et quemadmodum prudens seruus, qui heri mandatum audiuit, postea considerat, ut sciat secundum voluntatem heri sibi iussa præstare: ita iustus qui Domini voluntatem sanctarum Scripturarum lectione didicit, consideratione ruminat, & oratione auxilium efflagitat, ut sciat, quod didicit, & audiuit, explere. Tempus orationi ac meditationi impensum mirabiliter intellectum illuminat, ut sanctas Scripturas intelligat, & voluntatem salutariter deprimit, ne homo, ultra quam æquum est, in adepta scientia confidat. Dicit qui huiusmodi est, cum non minus sapiente, quam patiente Iob: Si putavi aurum robur meum, & obrizo dixi fiducia mea. Nec enim in auro fulgentissima scientiæ sitam esse suam fortitudinem putat, qui omnem scientiam humanam experientia docente infirmam, & errori subiectam existimat. Nec in obrizo eius veritatis, quam nimis indagavit, confidit, quia ex consortio Domini non solum lucem, sed & mansuetudinem, qua non recessit, con-

Prou. 9.

Prou. 13.

Iob. 31.

A traria cum validiore ratione docentibus, ac docilitatem matuauit. Item autem proprium esse iustorum Gregorius in hunc modum explanat. Sancti viri, inquit, robur suum aurum non deputant, quia quantolibet ingenio fulgeant, nihil se esse, ex suis viribus pellant. Et cum sentire omnia valenter possunt, prius intelligere semetipsos cupiunt, quatenus lumen ingenij more solis, prius illustret locum, in quo oritur & postmodum cætera, ad quæ procedendo dilatatur, ne si intendendo cognoscendis aliis semetipsos nesciant, ibi solis radius, ubi oritur obtenebrescat. Ingenij itaque virtutem ad cognoscendam propriam infirmitatem dirigunt, atque ex infirmitatis suæ melius cognitione conualescunt. Sanè oratio est, quæ vanam in donis datis nobis fiduciam depellit. Atque diuino iustus lumine collustratus, non aurum robur meum: Sed Dominus petra mea, & robur meum, & Saluator meus: & non, obrizum fiducia mea, sed tu spes mea ab vberibus matris meæ, in te proiectus sum ex vtero. Ita ergo Theologicis lucubrationibus, & sacrarum literarum studiis intendamus, ut bonum vitæ partem in consideratione diuinorum, & in seruenti oratione collochemus. Hæc enim est, quæ studia nostra complet, labores perficit, & voci nostræ vocem virtutis impertit. Hæc ut aqua purissima vinum scientiæ temperet, quod, temperatum recreat, atque sustentat, purum verò solet officere. Et studia, hac qua diximus ratione suscepta, non retardabunt nos a cæpto perfectionis itinere, sed mirum in modum ad mentis puritatem adiuuabunt.

Greg. 22. Mor. c. 4.

2. Reg. 22.

Psal. 21.

Sit religiosus in communi conuictu grauis.

CAP. XLI.



Non solum studentem proficere, aperta peccata fugienda sunt, verum etiam leminaria peccatorum declinanda. Imò hæc sunt cautius & diligentius fugienda, quia & ipsa per se peccata esse solent, & ad alia peccata saepe, veluti ad noxios primæ iniquitatis foetus inclinât. Quis enim à sceditate culpa liberet, quod ad culpam inducit? Et quis non magis timendum censeat, quod non vnum solum malum est, sed alia ex seipso mala progignit? Occasiones quidem peccati fugiendas esse Dominus non semel præcepit, & in illa lege signauit, quam tulit pro consecratione Nazaræi. Acetum, inquit, ex vino, & ex qualibet alia potione, & quicquid de vna exprimitur non bibent: vvas recentes siccæque non comedent, cunctis diebus, quibus ex voto Domino consecrantur: quicquid ex vinea esse potest ab vva passâ vsque ad acinum non comedent. Quid enim est (præter alia) non solum potum vini, verum & esum vvæ prohibere, nisi prohibitionem istâ, & manifestis peccatis, & iniuriis, ac occasionibus peccatorum oblitescere? Parens quoque generis nostra Eva, nisi mentita sit, satis indicat conditorem omnium cum manifesto peccato, inobedienciæ quoque occasionem vetuisse, dum ait: De fructu ligni, quod est in medio paradisi, præcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tangeremus illud, ne forte moriamur. Ac si dixisset: tactus ligni nobis interdictus est, ne ex tactu ad esum, & ex esu ad mortem properemus. Et fauet huic rei Salomonis sapientia, quæ ut adolescens ab amore meretricis auertat, inquit: Longè fac ab ea viam tuam, & ne appropinques foribus domus eius. Nam meretricis fores attingere, & vel leuiter manu pulsare potest, & solet esse impuræ fornicationis exordium. Ego autem mentis leuitatem turpissimam meretri-

Num. 6.

Genes. 3.

Prou. 5.

cem existimo, cuius etiã fores, id est, primos ingressus vir religiosus vitare, ac fugitare debet, nisi velit maioribus flagitiis fœdari. Leuitas enim mētis, scurrilitates, detractiones, & subannationes generat, iras in his qui delusi sunt, atq; indignationes exsuscitat, & in apertas cōtumelias, vltro citroque iactatas non semel prorumpit. Hęc inimica est compunctionis, hostis deuotionis. mater autē ineptæ latitiæ, quę solet saepe in tristitiam, ac dolorem desinere. Quia scriptum est: Risus dolore miscbitur, & extrema gaudij luctus occupat. Inanis profectō risus dolore miscetur, dum verbo, quo ridens fratrem punxit, amarus sermo resistit, & extremum gaudij luctus occupat, cum ignominioso vocabulo, quo illū contristasti, manifesta in te prolata cōtumelia respōdit. Hanc delinquendi occasionē Dominus à iustis suis profus eliminat, & sanctæ grauitatis munere omnino repellit: Vultque illos esse non sine humilitate graues, nec sine amabili placiditate seueros. Quare de illo Sanctus Iob ait: Qui fecit ventis pondus. Mens namque quæ per peccatum leuior est vento, & tentationū impulsu huc illucque iactatur, per iustitiam & gratiã pondus grauitatis accipit, vt in eo quod rectum est, & hominibus admirandum solidetur. Vnde Gregorius ait: Velocitate ac subtilitate ventorū in Scriptura sacra solent animæ designari, sicut per psalmistam de Deo dicitur. Qui ambulat super pennas ventorum: id est, qui transgreditur virtutes animarum. Fecit ergo ventis pondus, quia dum superna sapientia replet animas, eas maturitate indita graues reddit, non illa grauitate, qua dicitur: Filij hominum, vsquequo grani corde. Aliud namque est grauem esse per consiliū, aliud per peccatum: aliud est grauem per constantiam, aliud per culpam. Istā enim grauitas pondus habet oneris, illa virtutis. Hanc consilij & constantiæ grauitatem possidere enitatur, quæ statum virtutis, ac desiderium perfectionis maximè decet, & sicut omnium virtutum adiutrix est, ita multas inquietudines, & peccata ex leuitate manantia repellit.

At dicamus, in quibus, & quomodo ista grauitas seruanda sit, vt quod bonum & vtile nouimus, opere cōpleamus. Sanè grauitas in cogitationibus, in verbis, & in actionibus est tenēda, & omnia hęc ne perefluāt, pondere maturitatis firmanda. Primum in cogitationibus teneatur, ex quarū leuitate, sicut ex fonte, verborum & actionum leuitas solet prodire. Cogitationum autem grauitas in hoc posita est, vt nihil vanum, nihil ad rem nostrā non pertinens, nihil scurrile, nihil ad risum & cachinnos mouens cogitandū admittamus, sed sola necessaria, & vtilia, & seria, & statu spiritali digna cogitemus. Qui enim vana, & scurrilia cogitatione voluūt, leues sunt animo, quem aptum ad otiositatem, & ad leuitatem, ineptum verò ad spiritalia, & sancta colloquia, & ad opera virtutis perferunt. Et sicut musica in luctu importuna narratio, ita in musica luctus, & inter leuitates conuersationis grauitas, ac verborū maturitas videtur imperfectis & otiosis inepta loquutio. Iusta igitur, & sancta cogitent iusti, vt & suæ menti, & omnibus tam verbis tum factis stabilitatem præbeant. De hoc enim à sapiente laudantur, dum ait. Cogitationes iustorum, iudicia. Vt quemadmodum iudicium non inconsideratè agitur, sed à iudice magna mentis attentione exercetur: ita mens iusti, & ad perfectionem anhelātis cogitationes rationis iudicio selectas recipiat, & non indifferenter ex otiositate aut curiositate insurgentes admittat. Comprimat eas timor Domini sanctus, qui occulta etiã cordis nostri & secreta rimatur. Liget eos spes dono-

rum celestium, quæ non inania cogitantibus, sed pura & sancta considerantibus frequenter offertur. Nam Petrus Apostolus ait: Propter quod succincti lumbos mentis vestra; sobrii perfecti, sperate in eā, quæ offertur vobis, gratiã in reuelatione Iesu Christi. Lumbos mentis præcingunt, qui affectus & cogitationes cohibent, & non tantum à malis, verum etiam ab otiosis auertunt. Qui sobrii & perfecti dicuntur, quoniam perfectorum est desideria, & cogitationes vanas comprimere, & sobriæ mentis non solum à vino, sed æquali diligentia ab inanibus temperare. Hi non erubescunt sperare gratiam, id est, dona celestia quæ reuelatus Christus puris animabus promeruit. Cupidus horum donorum, lumbos mentis, affectus scilicet ac cogitationes præcingat, & tam istas, quam illos, spirito maturitatis vestiat. Quicquid leue est inanèque, reiciat, & cogitatur, quæ compunctionem, & grauitatem mentis tollit, abscondat atque contemnat. Quod Dominus sub ritu, quo purificabatur Leuitæ, nobis præcepit, & quomodo mundari debeamus sub corporali caeremonia declarauit. Leuitæ, inquit, aspergantur aqua lustrationis, & radant omnes pilos carnis suæ. Aspergantur aqua, quæ cutem ad pilos deferendos emollit, Quia Dominus mentem nostram, vt superflua deferamus, aqua deuotionis aspergit. Sed nos aqua ista conspersos debemus pilos radere, id est, inutiles & inanes cogitationes rescicare. Leuita, inquit Gregorius, assuptus vocatur, Oportet ergo Leuitas omnes pilos carnis radere, quia is qui in diuinis obsequiis assumiatur, debet ante Dei oculos à cunctis carnis cogitationibus mundus apparere, ne illicitas cogitationes mens proferat, & pulchram animæ speciem quasi pilis fructificantibus deformem reddat. Istis tum illicitis, tum vanis cogitationibus, & desiderijs euulsis, sanctis verò, & vtilibus generatis, satis mens nostra maturitatem debitam seruat, & verba, ac actus, ab omni leuitate quam alienissimos generat.

Ex his materiis cogitationibus sermones graues, & maturi procedunt, animæ religiosæ indices, & spiritalis vilitatis effectores. Animæ inquam, religiosæ indices, quia si verba non ficta, nec hypocritis labè polluta mentis qualitatem indicant, maturi sermones animam grauem, & virtutis amatiuè ostendunt. Et vtilitatis spiritalis effectores, quonia sermo grauis adiciens edificat, & aut ad amorē eius, quod dicitur, aut ad imitationem eius, qui dicit, impellit. Grauitas autem verborum, siue sermonū est, nihil futile aut ineptum in conuersatione proferre, nihil quod certum, & indubitatum non sit, pro certo affirmare, nihil irreligiōse facere, aut quod sapiat scurrilitatem, dicere: fratres honorabiliter propriis nominibus & cognominibus nominare, nulli per opprobrium, aut contemptum, aut risum inuentum nomen imponere, & omnia ridicula, & quæ cachinnos suscitant, omnino relinquere. Est item sic religiosum se gerere in verbis, vt omnes, quibuscum loquitur, honore prosequatur, & nemo audeat, quantumuis sit procax, cum illo puerilem familiaritatem inire, aut minus cum reticenter tractare. Id enim ait Petrus, cum ita scribit: Omnes honorate, fraternitatem diligite. Et Paulus: Reddite omnibus debita, cui honorem, honorem. Ac rursus: Honore inuicem præuenientes. Est denique, nihil iniuriosum, nihil indignabundum proloqui, sed omnes leniter & amanter compellare, & si quis verbis amarulentis in nos insurrexerit, illum mansuetè ac patienter sustinere. Hęc religiosa grauitas non tantum magni ponderis est ad fraternam charitatem conseruandam,

qua

1. Petr. 1.

Num. 8.

Gregor. 5.
mor. c. 24.

1. Petr. 1.

Rom. 13.

Rom. 12.

Bona uen.
in speculo
part. 1. 6.

Epist. 5.

Hieron.
epist. 8. 4.
7.

Basil. reg.
17. fuf.
dijp. 1.

Bern. 4. de
confidera.
c. 6.

quæ solet verbis indignabundis lædi, & sermonibus ridiculis. & leuiter dictis inepescere; verum etiam ad spiritualem profectum, ex fratrum conuersatione captandum. Quod animaduertēs sanctus Bonauentura, inquit: Deferre humiliter sociis honorem, charitatis est fraternæ fomentum, conscientie bonæ, illustrisq; animi euidentis argumentum. Vix nisi socio deferas cum ipso proficies. Et optimè. Nam ex aliquis conuersatione proficere, est quodammodo eius disciplinam subire, at quo pacto eum imitaberis, eiusq; doctrinam suscipies, quem non ut magistrum veneratis, sed ut vilem hominem verbis illudis, indignatione lædis, & rerum inanium & ridiculatum narratione contemnis? Profectò sicut qui medicamentū vt inane, & inefficax proterit, numquam eius virtute ab infirmitate sanabitur; ita qui fratre velut parasito ad ineptam mentis relaxationem vitur, & illum disteris pungit, & verborum leuitate percellit, numquam ex eius conuersatione à vitiis conualescet. Sapienter proinde vas electionis nos ab scurrilitate auocat, vt ad Christi imitationem, ac profectum inuiter. Estote, inquit imitatores Dei, sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione sicut & Christus dilexit nos. Et ad hoc quid nobis faciendum Apostole? Fornicatio, & omnis immunditia, aut auaritia nec nominetur in vobis sicut decet sanctos: aut turpitudinis, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinent. Mirabilis lanè fornicationis & immunditiæ; & stultiloquij, ac scurrilitatis, sed vera coniunctio, quia licet horum malitia non sit æqualis, tamen nonnullam nequitie conformitatem participant. Si enim fornicatio, & immunditia Christum ab impuro corde fugant, qui horret in cæno fœdissimo volutari, stultiloquium, & scurrilitas ipsum fontem puritatis contrastant, vt vix sustineat dona sua instabili, & leui corde teneri. Nam ex leuitate verborum, facile est in graue proximi damnus pronere, & scurrilitate ad indignationem, & ex illa fratrem ad grauem iniuriam inferendam prouocare. Nihil amplius ad hanc rem exaggerandam dicendum est. Sed qui tanta acerbitate moueri non indiget, se proprij status æstimatione componat. Audiat Hieronymum dicentem ad Demetriadem Virginem: Ridere, & rideri secularibus derelinque, grauitas tuam personam decet: & si iam statum secularem deseruit, & religiosam professionē induit, omni verborum leuitate seposita debitam grauitatem custodiat. Audiat & Basilium: Atque illud etiam, inquit, quod à plerisque negligitur, non mediocriter cauere ab iis debet, qui colendæ pietati studēt, ne in risum videlicet præter modum effusi sint, quandoquidem nõ abesse à se intemperantiam significat, is, qui profuso nimis petulantique risu teneatur, seseq; nequaquam animi sui motus sedatos, eiusque molliem, ac velut laxitatem nequaquam ratione secura habere compressam declarat. Quod verò hi patres de immoderato risu scripserūt, de aliis immoderatis verbis, & gestibus lector dictum accipiat. Cui debitam grauitatem indicimus, non superbam, non arrogantem, non affectatam, quam omnes irrideant, sed modestam, affabilem, quam vniuersi venerentur, & ex mentis maturitate profectam. Istam suadet Bernardus ad Eugenium scribens: Nec austeritatem tamen suadeo tibi, inquit, sed grauitatē. Illa infirmiores fugat, hæc reprimat leuiore: illa si adit, odibilem, hæc si desit, contemptibilem reddit: in omnibus tamen modus melior. Ego nec feuerius velim, nec dissolutius. Quid hac mediocritate gratius, vt nec de feueritate sis oneri, nec de familiaritate contemptui. Sit itaque grauitas nostra humilis, sit hu-

A militas grauis, illa humilis, ne superbiat, ista gratias ne se vsque ad pusillanimitatē deiciat. Ex his namque duobus religiosa conuersatio temperata neminem offendet, sed infirmioribus aditum pandet, & leues ac inuerecundos cohibebit.

Quasi nesciens ex verborum grauitate ad actū maturitatem transiui, nec immerito: hæc est enim postrema pars, quæ religiosam grauitatem complet, & perficit. Quid enim insulsius, quàm sermonibus grauitate plenis actionum leuitate contradicere, & quod sermo fecit, vita & actione destruere? Hæc autem grauitas in capite, in oculis, in fronte, in labiis, in tota facie, in manibus, in incessu, & in omni gestu ac motu corporis pulchrè seipsam ostendat. In capite, si nec nimis rectum, nec nimis ad anteriorem corporis partem inflexum teneatur, nec huc illucq; leuiter, festinanter, & sine causa vagetur. In oculis, si sinceri sint, si benigni, si communiter in terram demissi, qui nec instabiliter in diuersas partes se vertat nec inuerecundè vultus aliorum aspiciant. In fröte, si serena sit & tranquilla, quæ sine ruga mentis simplicitatem præferat, & omnem malitiæ & duplicitationis suspicionem, à cordibus insipientium excludat. In labiis, si ea nec nimis rigor comprimat, nec obliuio, & oscitantia diducat. In facie, si absque dissolutione sit hilaris, & sine immoderata seueritate grauis, quæ nec tristitiam nec affectum inordinatum ostendat. In manibus, si quietæ sint, nisi aliquid vtile operentur, & nec faciè, nec manus, nec vestem illius, quo cum loquimur tangant, & omni tactu minus decente semper abstineant. In incessu, si nec nimis lentus sit, nec nimis celer, sed qui medium tarditatis & celeritatis obtinens, mentem non anxiam, sed diligentem significet. In gestu, si efficax sit, sine importunitate, si rebus, quæ dicuntur accommodus, nec ab status religiosi maturitate deficiat. In motu denique, si ille non inutilis sit, sed necessarius, si non secularis, sed religiosus, si non superbus, sed qui humilitatem & modestiam redoleat; si etiam in abdito factus tâta circumspectione & puritate exerceatur, vt nullius aspiciētis ædificationi possit officere. Hæc omnia, quæ velut partes modestiæ sunt, ita grauitas moderatur, ac si eius præsentiam intueretur, cuius oculi, vt est in propheta, mundi sunt, ne videant malum, & respicere ad iniquitatem non poterunt. Si cut enim vir nobilis, & prudens, qui in conspectu potentissimi regis, cui summè vult placere, aliquid operatur, id præstat sine vlla nota leuitatis, quod oculos regis aspicientis offendat: ita vir spiritualis, sciens nihil esse ab oculis sui conditoris absconditū, sed omnia in eius conspectu geri, cuius gratiam habere desiderat, sic omnia tum interiora tum exteriora grauitate moderatur, vt pro gratia non Domini iram & indignationem accipiat. Est namque religiosus hac modesta grauitate, ac graui modestia spoliatus, velut animal excoriatum, quod & mulsæ, ac culices pungūt, & ingratis oculis mortales aspiciūt. Grauitas namque, & ipsa virtus, cutis aliarum virtutum est satis pulchra, atque decora, quæ nisi membra aliarum virtutum operiat, & homo têtationum moribus patet, & oculis Angelorum, ac ipsius Dei extat ingratus. Nā sublimes oculos sæpe nostra inhonesta cogitatio, sæpe curiositas impetit, rugosam frontem indignatio fratris excipit, manas solutas quæ aliquid minus decens tangunt, impudicitia ligat, incessum lentum tepiditas, & celere affectus anxietatis cõturbat. Cuius autem oculis erit gratus, qui his, aut similibus vitiis apparet infectus? Simon quidem Petrus, vt se oculis Christi Saluatoris offerret, tunica succinxit se (erat enim nudus) & milit se

B

C

D

E

Habac. 1.

Ioan. 2.

in mare,]

str. 1.
p. 13.
m. 12.

in mare,] quia indignum duxit aut minus decenter, aut minus celeriter coram Domino apparere. Ita prorsus anima religiosa, vt corā oculis Redemptoris nec indecēs, nec segnis appareat, se & modestia, ac grauitate vestiatur, & in mare feruida mortificationis immittatur. Alioqui carnis suae parentem imitetur, qui post lapsum vocatus à Domino, ita respondit: Vocem tuam audiui in paradiso: & timui, eo quod nudus essem, & abscondi me. Quod spiritualiter faciet, si Domini visitationem aduertens, coram illo immodesta, & leuis apparere timuerit, & se ad excipiendam diuinam consolationem foliis ficus, id est, religiosae grauitatis operimentis contexerit.

At illa grauitas religiosa, quae in cogitationibus, in operibus, & in verbis elucet, eo praestantior est, & oculis Dei nostri gratior, quod non ex vana cura placēdi, sed ex animae adepta pulchritudine, & puritate procedit. Nam licet omnes religiosae familiae, ab hoc (quod ferè postremum dicimus) suos erudire tyrones incipiant, & illi quasi coacte, & non sine graui molestia ante moderationē animae, corpus, membraque componant, tamen perfecta grauitas non ex cura se moderandi, sed ex ipsa moderatione ac sanctitate mentis exoritur. Quae cum seipsam vicerit, cum vitia affectusque compellerit, tunc corpus etiam grauitatis decore circumdat, & illa mirabili tum moderatione, tum placiditate actionum exornat. Quātum verò hic grauitatis fructus ab hac radice procedens, diuinis oculis placeat, quam pulcher sit, & suavis, quam etiam similem Deo hominem faciat, Bernardus satis eleganter ferie huius, quae sequitur, orationis exponit. Hoc, inquit, hoc illud decorum est, quod super omnia bona animae diuinis oblectat aspectus, & nos nominamus, ac definimus honestum. Cum autem decoris huius claritas abundantius optima cordis repleuerit, prodat foras necesse est, tamquam lucerna latens sub modio, imò lux in tenebris lucens latere neficia. Porro effulgentem, & veluti quibusdam suis radiis erumpentem, mentis simulacrum corpus excipit, & diffudit per membra, & sensus quatenus omnis inde reluceat actio, sermo, aspectus, incessus, risus (si tamen risus) mixtus grauitate, & plenus honesti. Horum, & aliorum profectò artuum, sensuumque motus, gestus, & visus cum apparuerit, serius, purus, modestus, totius expers insolentiae, atque lasciuiae, tum leuitatis, tum ignauiae alienus, aequitati autem accommodus, pietati officiosus: pulchritudo animae palam erit, si tamen non sit in spiritu eius dolus. Potest enim fieri, vt simulentur omnia haec, & non ex abundantia cordis taliter moueantur. Et vt magis cluceat is animae decor, ipsum, si placet, honestum, in quo hunc locandum censuimus, definiatur mentis ingenuitas sollicita seruari cum conscientia bona, famae integritatem, vel iuxta Apostolum, prouidere bona, non tantum coram Deo, sed etiam corā hominibus. Beata mens, quae hoc se induit castimoniae decus, & quemdam veluti caelestis innocentiae candidatum, per quem sibi vendicet gloriosam conformitatem, non mundi, sed verbi, de quo legitur, quòd sit candor vitae aeternae, splendor & figura substantiae Dei. Ex quibus illud praecipue notandum censuimus, externam grauitatem, quae in corporis membris, motibusque conspicitur, non tam internam grauitatem efficere quam ex illa, veluti ex fonte manare. Vel potius esse vt scintillam exiguam, quae non sine temporis mora, & sine difficultate, magnum ignem accendit, qui postea succensus, & visibilium accessione roboratus, non difficulter, sed facile ardentem flammam, & non vnam tantum, sed innumeras scintillas emittit. Sic

omnino est religiosa grauitas, quam à saeculo extracti, & admilli in vitam religiosam addiscimus. Est modica, infirmaque scintilla, quae virtutum actibus tamquam sicca paleis supposita, & gratiae flatu, ac virtute fulcita paulatim in animo magnum ignem charitatis & puritatis accendit. Hic verò religiosa disciplina custodia auctus, & robustus effectus, non tantum intus in corde flammam amoris excitat, sed scintillas in capite, in oculis, in fronte in manibus, in gestibus, & in omnibus motibus grauitatis exulscitat. Habemus profectò Paulum attestantem hanc mentis & corporis grauitate ab interna virtute exoriri. Ita enim ad Titum ait: In omnibus te ipsum praebere exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in grauitate. Primò integritatem vitae mandat, quae in perfecta virtute, & interna puritate collocata est, & post illam grauitatis meminit, vt hanc illius fructum, & effectum ostendere. Idemque Laurentius Iustinianus satis indicat, dum ordinatè, ea quae sunt grauitatis, enumerat. Sit, inquit, in ipsa mens pura, conscientia munda, intentio recta, lingua moderata, & exterioris hominis sensus temperantiae freno restricti. Exhibeatur cum superioribus humilitas, cum paribus charitas, & cum inferioribus sobria, & pudica humanitas. Cum his verò qui foris sunt, ne scandalizentur, prudens maturitas, quae in facie sit laeta, in motibus cauta, & in sermonibus circumscripta. Hanc igitur ita teneamus, vt non tam ex studio, atque industria nos moderandi, quam ex virtutis perfectione nascatur. Interim tamen, si necesse sponte ex adepta virtute nascitur, eam sollicita diligentia comparare curemus, vt statum religionis sanctum integrè, & graues mores comitemur. Est enim haec verborum, & actionum grauitas, quae multa merita virtutum parit, & innumeris imperfectionibus ianuam nostri cordis ocludit. Est haec, quae hominem perfectionis studiosum decet, nam si ambitiosi fictam grauitatem ostentant, vt à regibus honore digni exultentur, quanto magis perfectionis amatores, non fictam sed veram grauitatem sectari deberent, quae apud Dominum aliquo modo praeparari ad perfectionem obtinendam censentur?

Sit religiosus in conuersatione cautus.

CAP. XLII.



GRAUITATI religiosae circumspectio iungenda est, quam qui neglexerit, non solum perfectione non assequetur, verum etiā, dum minus putauerit, innumera mala miser incurret. Quanta verò sit circumspectionis, cautionisque necessitas, vna ex libro Machabaeorum aperita historia. Cui enim Ioanes frater Ionathae, & Simonis, cuiusdam bellicae negotij gratia iter faceret, exierit filij Iabri, & interfecerunt eum, fugatisque eius comitibus omnem Ioannis substantiam contra ius & fas in suum vsum vendicauerunt. Post non multos verò dies, ac si neminem occidissent, ac si nullius opes rapuissent, ac si nihil mali fecissent, ac si in nullius inimicitia incurtissent, exiunt ex Madaba sine militibus, qui eos cingerent, sine armis, quibus se defenderent, sine apparatu bellico, quo se munitur, vt filiam cuiusdam magni principis ducerent, & eius nuptias celebrarent. Nouerunt id Ionathas & Simo & occasione vltionis nacti, exierunt ex insidiis, & occiderunt filios Iabri, & acceperunt omnia spolia eorum, & conuerse sunt nuptiarum in luctum, & vox musicorum ipsorum in la-

mentum

Genes. 3.

Bern. ser. 85. an. cāt.

2. Cor. 8.

Sap. 7. Hebr. 1.

Ad Tit. 2.

Iustm.

1. Machab. 9.

mentum. O magnam negligentiam! o procacem inuerecundiam! o insanum cautionis prouisionis que contemptum! qui hostes habent, & iniuriis recentibus irritatos, & in luctum fraterna eade conuersos, nuptiali veste induti, & inermes ad connubia procedunt, qua negligentia non opibus tantum, sed propria vita, & profuso creore purgantur. Hæc victoria viros religiosos monet, vt non incuriosi, non segnes sint, sed in omnibus negotiis cum magna circumspectione se gerant. Ipsi cum spreto sæculo habitum religiosum induti sunt. Dæmonem ludibrio habuerunt; ipsi quotidie bonis, quibus intendunt operibus, aduersarium tristitia afficiunt; ipsi cultus diuini puritate, cui iugiter vacant, hostem ad implacabilem iram impellunt; ipsi animarum conuersione, quam curant, communis inimici opes, substantiamque diripiunt. Quanta ergo stulticia erit, si hi, qui hostes acerrimos habent, & recentibus & quotidianis iniuriis in furorem versos, inermes & securi ad negotia procedant, & tempore belli, ac si essent in pace, omnem cautionem ac circumspectionem posthabeant? Non sic profectò Dauid, ille vir secundum cor Dei, qui fecit omnes voluntates eius: nam inita amicitia cum Saule, & omni per iuramentum similitate composita, non se credit illi, sed ascendit cum suis ad tutiora loca. Quod sollicitè imitabitur, qui omnino cupit animæ suæ salutem non perdere. Cui Dæmone enim infestissimo hoste numquam amicitiam inimus, numquam nos ei reconciliamus, ne igitur quasi stulti sine iusto timore rem aliquam, ad Dei gloriam, & nostrā salutem pertinentem, ac sine debita cautione tractemus. Ipsa nocendi cura, qua semper diabolus simulatur, nos ad vigilādum exsuscitat. Eaque Petrus Apostolus omnem oscitantiam è nostris cordibus euellit, dicens. Fratres, sobrii estote, & vigilate, quia aduersarius vester diabolus tãquam Leo rugiens, circuit quærens, quem deuoret. Leo rugiens, quis non timebit? Diabolus indignationem clamoribus iniquorum & aliis signis ostendat, quis non verebitur? Ille circuit greges ouium Christi, vt oblitam, & incuriosam deuoret, atque discerpatur, quæ ovis id sciens, absque culpa secura dormiet, & sine debita circumspectionis custodia in loco insidiarum, & laqueorum pleno tuta manebit? Quæ huiusmodi est, audiat Ecclesiasticum dicentem: Caue tibi, & attende diligenter auditui tuo, quoniam cum subuersione tua ambulas. Audiens verò illa quasi in somnis vide, & vigilabis. Nimiam cum potentiore familiaritatem distulast, & sub illa diaboli astutias detexit, ac dehortationem proposita sententia concludit. Consule tibi ipsi, ait, & obtura aures cordis tui, ne dolosis verbis aduersarij potentioris attendas, quoniam nõ sine spiritualis vitæ discrimine conuersaris cum illo. Damnum autem vitabis, & peruigil, ac prudens eris, si velut inania somnia eius, qui te vult decipere, sermones spreueris.

1. Reg. 24.

1. Petr. 5.

Amos. 3.

Eccles. 13.

Hæc verò circumspectio tam religiosa necessaria, in duobus præcipue custodienda est, in negotiis tractandis, & in animi remissionibus admittendis. In negotiis quidem tractandis, vt spiritualis vir ea negotia tractanda suscipiat, quæ à vita religiosa aliena non sint, quæ suas vires non superent, quæ detrimentum virtuti non afferant, quæ deuotioni non officiant. Deinde, vt eo modo huiusmodi negotia gerat, qui nec suæ famæ, nec bono religionis nomini, aliquam infamæ notam inurat. Exempli gratia, si aliquid, quod honorem, vel dignitatem redoleat, aut conseruandum, aut de nouo pro congregationis bono quærendum est, sine vlla ambitionis nota quærat: si res temporales cœnobij comparandæ,

vel augendæ sunt, sine vilo avaritiæ, aut immodicæ cupiditatis signo augeantur: Si aliquis increpandus, ea occasione, ea serenitate, ea mentis lenitate reprehendatur, vt id non iræ, non vindictæ, sed fraternæ charitati, & desiderio emendationis imputetur. Fœmina si ad colloquium admittendæ sint, eas aut sacramentalis confessionis audiendæ necessitas, aut graue & vile negotium, in loco Ecclesiæ designato, breuiter, maturè, & sine vlla occasione suspitionis admitat. Si eadem in suis domibus sint inuisendæ, socius à prælato petatur, aut senex, aut certè non contemnendæ virtutis, qui testis oculatus religiosum & fœminam loquentes videat, licet quæ secreta esse oportet, audire non possit. Id enim integræ famæ religiosi congruere lex Basilij manifestè proclamat, cuius sententia est: Ne quis cum fœmina religiosa nisi de rebus spiritualibus, aut necessariis loquatur, & non nisi coram duobus fratribus, qui testes assistant, aliquid tractare præsumat, vt omnis de medio tollatur sinistra suspicio:] & sanè doctè, atque sapienter id præcipit, scriptum est enim: Beatus homo, qui semper est pauidus. Et Habacuc ait: Super custodiam meā stabo, quasi ille qui sibi ipsi minime inuigilat, nullo modo suæ famæ satisfaciatur, quæ, cum solus homo cum sola fœmina inuenitur, apud videntes aut audientes satis ignominiosè periclitatur. Si enim Hieronymum senem, vel certè non iuuenem cum Paula vetula, & sancta, coram arbitris de rebus diuinis colloquentem, dens inuidoram momordit, quid non mordeat religiosum iuuenem, aut certè non senem, cum fœmina vel suspecta vel, ad minus, non sancta, solus, & sine arbitris conuersantem? De illis militibus fortissimis, qui ambiebant lectulum Salomonis dictum est: Vniuscuiusque ensis super femur suum propter timores nocturnos. Si verò timores isti insidias diaboli colore boni testas designant, quid est milites Christi propter timores nocturnos semper ad bellum esse paratos, nisi semper seiplos circumspicere, & latens malum sub boni occasione formidare? Nullum autem ego, aut latentius, aut perniciosius malum inueni pallio boni correctum, quam cum spiritualis vir, vt fœminam in rebus cœlestibus instruat, cum illa in loco suspecto, & sine sociis esse non vitat. Hæc enim eruditio sine debita circumspectione suscepta, nõ semel in carnalem affectum, imò in peius aliquid declinauit. A diabolo quoque facile illuditur, qui in laqueum ipse se cõicit, & ensem hostis, scilicet mulierem nõ timet. plenitudo est sanctitatis, inquit Cyprianus, & palma perfecta, vt ex omni parte secum non habeat, quod recuset, ne quod proficetur odisse, tenendo videatur amare. Quod si aliquis dicit: captiuum teneo aduersariam meam, cui semper insultem: videat, ne fortè aduersus eum captiuus incipiat præualere. Numquã securus cum thesauro latro tenetur inclusus, nec intra vnã caueam habitas cum lupo, tutus est agnus. Ipse se voluit superari, qui hostem proprium in suas portas indixit: & intestinum gladium sibi ipse supposuit, qui locū habitationis suæ aduersarij ingressibus referauit: Et qui fretus est conuersari cum scādalo, sine causa dicit: Pacatus volo esse cum diabolo, contra Apostolum dicentem: Nolite locum dare diabolo. Omni ergo modo muniendus est locus, vbi fuerit thesaurus absconditus, ne per vnã cauernam totum parietem latro suffodiat. Nam si de foris expugnans vix muris expellitur, quantum valebit si intra muros acceperit habitaculum? Et, si illi, qui contra eum claudunt, aliquoties ab eodem capiuntur, quanto magis ille, qui vltro eus illi patefecerit ingressum, decipit? Cum dicat Salomon: Si

Basil. reg. 43. sus. ds. spur.

Pron. 28.

Habac. 2.

Caui. 3.

Cyprian. de singul. clericor.

Ephes. 4.

Prout. 21. 1. Petr. 4.

na. 2.

taba.

iusus vix saluus sit, iniustus vbi parebit.] Omnes ergo rimae, ne dicam portae claudendae sunt, ne per vnum foramen castra omnia penetrantur, & vniuersa componenda sunt munimenta, ne per modicum non munitum tota ciuitas ruat. Sicut Salomon repetit, dicens: Qui spernit modica, paulatim cadit.] Huc vsque Cyprianus. Ita ergo caula mulieris (nam ita eam sapiens vocat) isti compedes, istae catenae timendae sunt, quae si animum viri aliquando deuinxerint, citius fortassis vinculum animae & corporis, quam illas soluet, & à suo collo separabit. Sic animas limo inuolutas quaeramus, vt tamen ceno carnis non sedemur: sic amicum spiritum instruamus, vt tamen ab hoste, qui spiritui iunctus est, scilicet ab alieno corpore, & venusta forma, non superemur: Sic Dei imaginem liberemus, vt tamen illecebrae laqueum, cui irretita est fugiamus. Et tadem ita cum personis conuersemur, & in negotiis occurrentibus nos geramus, vt ex illis spiritualem profectum nostri, & aliorum, ac nullius detrimentum reportemus.

Ecclesi 19.

Psalm 20.

Tobia 2.

Deut. 6.

Genes. 28.

In animi verò relaxationibus admittendis etiam magna cautio tenenda est, vt si humana fragilitas eas omnino aspernari non patitur, periculum, quod eis inest, circumspeditionis medicamento curetur. David enim ait: Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore: quo versu non tantum obsequiis, sed etiam exultationibus (quo nomine nunc animi remissiones accipiamus) metum, & ei cognatam cautionem ascribit. Non incongrue autem pro obsequio timore, & pro exultatione tremore (quod amplius est) postulat, quoniam animi recreatio, quae solet ad maiorem virtutis oblivione inducere, debet maiori circumspeditione acceptari. Nam Tobiae iuxta parietem dormienti calida hirundinum stercora inciderunt ex nido super oculos, & caecus factus est, quo intelligimus nunquam incaute esse quiescendum, nec animum improvidè relaxandum, ne ex aliquo, quod pausioni carnis adiaceat, stercora imperfectionum cadant, quae nos ab interno oculorum luce diuellant. Sint ergo animi remissiones primum licitae, quae nullo modo diuinis mandatis contradicant: nam religiosos, aut aleas, aut chartas pictas, aut aliud quid simile ludere, & argentum, quod possidere non possunt, ludis exponere, iniquissimum est. Certè Moses ad diuinorum custodiam praceptorum exhortans, ait: Eruntque verba haec quae ego praecipio tibi hodie, in corde tuo: & meditareris ea sedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens, atque consurgens. Quia cum sedemus, & cum ambulamus, cum dormimus, & cum vigilamus, meditanda sunt. Si sessio, atque dormitio pro pausionem viri iusti, & sapientis accipitur, quae veluti rebus seriis dormit, vt vires resumat, & curas consumetes relaxet, quid est cum sedet, & cum dormit, praecipua meditari, nisi in huiusmodi remissione nulla ratione à Domini lege discedere? Sint etiam recreationes statui religioso congruae: Nec vir qui talem statum proficitur, more puerorum saltet, aut vociferetur, nec more parasitorum scurrâ agat, & cachinnis insilit, nec more saecularium, aut eorum qui vitam spiritualem non profitentur, seipsum effundat. Iacob namque dormiuit, sed super lapidè, & sic honestè & circumspectè dormiuit, quod Angelos ascendentes, & descendentes alpexit. Ita prorsus dormiendū est, ita animus aliqua remissione recreandus, vt super lapidem, id est, super Christum dormiamus, vt à religioso statum, qui Christi viua imago est, numquam aliqua actione prophana discedamus, vt Angelorum salutationem ineptis motibus non repudiemus. Sint praeterea huiusmodi remissiones, cenobio, & loco Deo dicato conuenientes. Si enim intra ipsum cenobiū exercentur, lo-

Acus ipse circumspeditionis nos admonet, qui diuinis obsequiis dicatus, non debet prophanis lufibus cotaminari, nec pollui. Si verò extra cenobium, vt in vinea, aut in praedio admittendae sunt, nihil refert, quia vero perfectionis amator omnis locus cenobium est, cum in omni loco teneatur leges cenobij non transgredi, & se moribus religiosum exhibere. Angeli quidem latentur, sed sicut in caelo: Adam dormit, vt coniugis formationi cooperetur, sed sicut in paradiso, Samuel quiescit, sed sicut in tabernaculo, in quo auditorus est arcana caelestia. Ita religiosus laetetur, ita animum relaxet, ita ab assiduo labore quiescat, nimirum, vt qui in religiosa domo, scilicet in caelorum imagine residet, & coram Deo & Angelis viriū resumendarum gratia relaxationem admittit. Putat imperfectus religiosus, aut putare se simulat, quod recreationis tempore nulla animae cura necessaria est, nulla mensura seruanda, nulla regula custodienda, & dum incaute se curis soluit, metis tranquillitate, aut aliquando Dei gratiam, & amicitiam relinquit. Ibseth sine debita custodia in lectulo suo soporatus est, dormienteque ostiaria ingressi sunt lateer Rechar & Bana, & interfecerunt eum. Ita o religiose, si absque debita circumspeditione dormias, id est, animum recrees, & tua sensualitati infidè custodi, somnū tuę recreationis fidas, ingredientur latenter hostes, qui deuotionis spiritu, aut forte ipsa gratia te ipsum spolient, & te capite truncatū, id est, melioribus bonis, orbatū relinquant. Fac itaque quod sanctus Iob, qui ait: Verebar omnia opera mea, sciens quod non parceres delinquenti. Et animi remissio vnum est ex operibus tuis, quod in adiumentum aliorum assumis, non huius obliuiscaris, quae in omnibus operibus vereri debes quia Deus proculdubio non parceret, quod in hac etiam operū serie deliqueris. Sint denique religiosorum relaxationes, non sine mensura susceptae. Nam neque admodum frequetes esse debent, neque per nimis longum tempus protrahant, nec sine aliqua necessitate resumant. Noli regibus o Lamuel, ait Salomō, noli regibus dare vinū, subintellige immoderatū, & quod sobrietatis metas excedat, quia nullū secretū est vbi regnat ebrietas. Et religiosi sūt reges, qui suis affectibus iura decernunt: non ergo laetitiae & relaxationis vino ingurgitati sunt, quod secretis caelestibus audiendis eos reddat ineptos. Rex profectò ille regū, in cuius regno religiosi regnabunt, sepius de torrente laborum in via huius mortalitatis bibit, sepiusque vsque ad lassitudinem corporis laborauit, vt tadem in fine vitae, caput gloria circumdatum exaltaret. Semel autem, & quasi ad momentum transfiguratus est, & haustum gloriae sibi manentis suscepit. Idem nobis faciendum est, vt iugiter pro virtute laborantes, & raro corpori nostro pausionem concedentes, & non nisi vt necesse est, remissionem acceptantes, cum eo qui caput nostrum est, in aeterna gloria caput etiam exaltemus.

Genes. 2. 1. Reg. 3.

2. Reg. 4.

Iob. 9.

Pron. 31

Psalm 109

Matt. 17

Ehaec quidem animi cautio, atque in omnibus circumspectio, propria est amicorum Dei, quae seipsum, quantum possunt, ab omni casu & labe custodiunt. Animalia enim caeca tamquam immunda à sacrificiis repulsa sunt, quia in sua spiritali salute caecus, non est aptus Domino in sacrificium offerri. Illa quoque quatuor animalia ab Ezechiele depicta, à Deo familiaria, & throno deitatis propinqua, plena oculis describuntur, quia videlicet plusquam lynceū esse oportet, qui ea est puritate adepturus, quae ad Dei familiaritatem admittatur. Vnde Gregorius ait, corpora animalium idcirco plena oculis describuntur, quia sanctorum actio ab omni parte circumspecta est, bona desiderabiliter prouidens, mala solerter cauens. Et hoc est

Ezech. 1.

Greg. lib. mor. cap.

laboriosus,

laboriosius, quia sanctorum mens vehementer inuigilat, ne se ante eorum oculos mala sub bonorum specie abscondant. Circumspecta ergo est vita sanctorum ne sic sit libera, vt superba sit, quia sepe superbia excedit in verbis, & audiri appetit libertas puritatis: Ne sic sit humilis, vt formidolosa, quia aliquando timor restringit animu, & loqui, quae recta sunt, non praesumit, sed tamen in ipsa timida cogitatione humilitatem esse se simulat: Ne sic sit parca, vt tenax sit, quia plerumque tenacitas parsimonia appetit aestimari, vt iuste ac necessarii videatur tenere, quicquid egenti proximo misericorditer non vult impedere: Ne sic sit misericors, vt effusa sit, quia nonnumquam effusionem esse misericordiam putat. Aliud enim est pietatis studio necessaria proximo dare, atque aliud ea quae possidentur sine mercedis intentione dispergere.] Vide quam circumspecti sint sancti, qui omnia examinant, & vndique vniuersa ad se pertinencia perlustrant, ne defectus aliqui diuinis oculis displicentes, se sub pallio virtutis Deo placentis abscondant. Clarissimus autem Dominus hanc circumspectionem Apostolis suis, atque in eis omnibus amicis suis madat, dum ait: Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut colubae.] Simplicitas colubae quarenda est, quis neget? Sed non sola, quae in stulticia & fatuitate descedit, sed serpentis prudentia, imo & sanctae astutiae coniungenda. Illa sola, vt noxia reprehenditur in illis verbis. Factus est Ephraim sicut columba seducta, non habens cor.] id est, non habes debitam prudentiam, ac sagacitatem, qua a nemine seducatur, haec verò, quae serpentis cautionem, comitem habet, ipsius Domini ore laudatur. Serpens quippe, quod diu viuat, & multis annis multam experientiam capere possit, & quod multum videat, (& à viuendo vocatur draco) typus prudentiae esse cognoscitur. Qui ergo Dei amicitiam, ac familiaritatem venatur, simplicitate quidem habeat, qua vt cumque fiat diuinae simplicitati similis, sed etiam serpentis prudentiam imitetur. Bene enim inquit Ambrosius: Ipsa etiam cauta debet esse simplicitas, & prouida, vt nouerit, quid cauedum sit. Neque enim otiose dictum est: Estote astuti sicut serpentes, & simplices sicut colubae. Spiritus ergo debet esse astutus, quae seruet salutem: quae dolu nesciat, spiritalis debet esse simplicitas.] Nec immerito talis simplicitas coniuncta prudentiae, à nobis exigitur, quoniam semper in loco periculoso, & quasi super tectum & per tegulas ambulamus, quare ne ex alto virtutis cadamus necesse est simplicitatem nostram prudentiam muniri. Similiter prudentia simplicitati copulata petitur, quoniam non cum anxietate nec cum scrupulis viuendum est, ita vt omnia, etiam salubria timeamus, & vbi non est timendum trepidamus. Sit itaque simplicitas cauta, quae pericula timeat, sit cautio simplex, quae interdum propter gloriam Dei, suspiciones inuidorum nulli subnixas fundamento contemnat. Quae tam vana, & ineptae, & stultae esse solent, vt potius videnda sint, quam propter illas à rebus diuini obsequij cessandam. Duo verò sunt, quae nos ad tenendam circumspectionem, astringunt. alterum est bonum nostrum, alterum verò religionis bonum, cui etiam tenemur diligenter prospicere. Virtus enim nostra nimis periclitatur, si absque circumspectionis custode occasione illigetur. Quae nonnumquam talis generis esse solet, vt nisi cautio eas fugiat, aut temperet, virtus multis annis adepta succubat. Ideo Paulus raptus in caelum, & tot annorum sanctitate munitus, castigat corpus suum, & in feruitute redigit, ne aliis praedicatis, & praedicationis distentionibus aliquantulum eneruatus, aut reprobis, aut certe segnibus, & tepidis fiat.] Ideo etiam positi sunt ianitores à Dauide ad quatuor portas taberna-

A) culi, ad orientem videlicet, & occidentem, septemtrionem, atque meridiem, quia mens iusti, quae tabernaculum Dei est, ne periculis pateat, vndique debet custodiri. In oriente, id est, in initio cuiusque operis, cautio custos assistat, ne hostis sinistrae intentionis irumpat. In occidente, id est, in fine operis, circumspectio actionem custodiat, ne eam inanis gloria supplantet. In meridie prosperitatis, adsit prudentia, futura prospiciens, quae superbiam arceat. In septemtrione aduersitatis non desit serpentis astutia, quae pro seruanda virtute constanter omnia profundat. Nam si absque isto custode simus, facile erit ruere, & multis annis comparata vno momento destruere. Vt enim, inquit Gregorius: Loco studio seges feritur, sole, atque imbre diutino nutritur, sed tamen vna & subita scintilla consumit. Paulisper aedificia ad alta proficiunt, sed repentinis casibus terram petunt. Robusta arbor in aera per tarda in cremeta se erigit, sed quicquid diu alta protulit, semel & simul cadit.] O quam vera sunt, quae factus hic pater istis similitudinibus coegit! Quid enim est spiritalis vita, nisi quaedam abundantissima seges, quam per totam vitam Dominus in nobis ferit, & Spiritus sancti ardoribus, ac laborum pluuuiis nutrit. Hanc autem scintillam impurae affectionis, quae ex persona suspecta veluti ex camino ignis erupit, repente consumit. Quid est perfectio, nisi aedificatio sancta, templumque magnificum, quod Deo in cordibus nostris extruximus: Illud verò, nisi superbia timeamus, subitus casus destruit, & inopinatus euertit absorbet. Quid est virtus, nisi arbor pulcherrima, assiduis incrementis radicata, quam tamen vna aduersitas cum impatientia, & indignatione suscepta solet deicere? Videamus ergo quomodo cautè ambulemus, quia thesaurum nostrum hostes sanctitatis, qui innumerabiles sunt, sepe & vbi conatur depradari. Quibus vna serpentis prudentia, diuinae gratiae fauore suffulta, potest est costanter resistere. Nec sola virtus, ac salus nostra, verum etiam integra fama nostra, ex qua bonum religionis nomen dependet, vna circumspectionis contempione destruitur. Nam religiosum incautum, & laqueos Diaboli non timet, saltem linguae maleuolorum infamat, & nunc eius pudicitiam, nunc eius paupertatem, nunc eius humilitatem, aut alias similes animae vestes, debite crudeli dilacerant. Fitque saepe, vt qui neque in minimo offendit, iniustus ab omni plebe extimetur, quia ob minimam occasionem, quam dedit, ab iniusto homine impudicus, aut proprietarius, aut ambitiosus praedicatur. Consilium sapientis: curam habe de bono nomine, quod in multis euentibus vim praecipit subire potest, nobis semper sit cordi, si nolumus, nosmetipsos, & matrem nostram religionem, sinistra prophanorum hominum opinione foedare. Prouidentes bona, ait Paulus, non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus.] Non verò coram hominibus bona prouidet, qui bonum nomen, ac famam ob ineptam simplicitatem, opinionibus & detractionibus maliciorum denigradam exponit. Et prodige atque illiberaliter gemmam illam pretiosam dilapidat, de qua dictum est: Melius est nomen bonum, quam diuitiae multae.] Et iterum: Melius est nomen bonum, quam vnguenta pretiosa.] Et Ecclesiasticus earratione nos ad custodiendum bonum nomen instigat: Hoc enim, inquit, magis permanebit tibi, quam mille thesauri pretiosi, & magni, bona viae numerus dierum: bonum autem nomen permanebit in aeuum.] Egregie profecto Hugo ait: Propter nos conscientia bona sufficit nobis, propter alios fama nostra non polui, sed pollere debet in nobis. Qui fides conscientiae suae negligit famam suam, crudelis est, maxime in hoc loco positus, de quo dicit Apostolus scribens ad discipulum: Circa omnes te ipsum bonorum operum

Mat. 10.

Osae 2.

Ambr. in Psal. 36.

1. Cor. 9.

1. Paral. 26.

Gregor. 6 mor. c. 10

Eccel. 41.

Rom. 12

Prou. 22.

Eccel. 7. & 41.

Hug. in regul. c. 9.

Tuum. 2.



1. Cor. 4.

præbe exemplum.] Rursus alibi dicit: Spectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus. [Qui nos amant, querunt quid in nobis laudent: qui verò nos odiunt, detrahunt nobis. Nos autem in vtroque medio constituti, adiuuante Domino nostro Iesu Christo, & vitam, & famam nostrâ sic custodire debemus, vt nò erubescamus à detractionibus laudari.] Prospiciamus ergo nobismetipsis, tum propter nos, tum ne familiæ religiosæ fama lædatur. Hæc enim detrimentum patitur, si nos, qui filij eius sumus, ore inuidorū damnamur, & causa à nobis incautè data, dictis sæcularium discerpimur. Propter nos certè non men religiosæ vitæ sanctum, & venerabile blasphematur, non iam inter gentes, quas catholica Ecclesia prostrauit, sed inter hæreticos, qui, quòd casus vni aut alterius religiosi vident, aut audiunt, sanctissimam monachorum vitam condemnant. Quorū tunc detes contumidimus, cum sine querela apud homines conuersamur. Audiamus igitur Bernardum monētem: Attendite & vos vobis in omni loco, scientes, quoniam omnia vestra norit scrutās corda, & renes Deus, qui finxit sigillatim corda vestra, & intelligit omnia opeta vestra.] Enitiamur illum imitari, qui dixit: Quis ex vobis arguet me de peccato? Non quasi absque omni peccato esse possimus, hoc enim, vt sæpe diximus, beatorum est, sed quia ita curamus viuere, vt licet aliquis possit in nobis modicum defectum aduertere, non tamen iure possit crimen imponere. Ita circūspeditionis cura protecti, & demonis laqueos fugiemus, & celeriter ad vitā perfectam properabimus, & bonum virtutis odorem, in gratiam eorum, qui nos considerant, emittemus.

Bern. ser. 9. in Cōt.

1. Tim. 2.

Sit religiosus in eadem vitæ ratione perseverans.

C A P V T XLIII.



I N I S, vt aiunt, coronat opus, & sola perseverantia coronatur, quare, qui vult omnia, quæ hæcenus diximus, cum utilitate seruare, debet in vitæ suæ ratione constās effectus, se ad mentis constantiam, & operis perseverantiam accingere. Quid enim proderit, domus fundamenta iacere, & parietes in altum erigere, nisi superimposito tecto habitatio nostra vsque ad finem perficiatur? Ita nihil ad perfectionem assequendam prodest, in tyrocinio religiosæ vitæ fundamenta perfectionis per sui contemptum & humilitatem submittere, nihil prodest virtutum actibus, velut lapidibus, aut lateribus parietes huius ædificationis cōponere, nisi eam constans perseverantia quasi tectū operiat, & integrum ac pulchrum templum nostri conditoris efficiat. Perseuerantia est, quæ semper ad finem operis nititur, & nihil cœptum, aut semifactum relinquit, sine qua ipsam spiritualis vitæ finem, quem perfectionem esse definiuimus, nemo proculdubio conquirit. Vincenti, ait Dominus, dabo manna absconditum, & nomen nouum, I ergo qui difficultates nò vincit, & ab eo quod cœpit, retrocedit, nec mânia absconditum perfectionis, nec nomē nouum sancti atque perfecti, quod Christus nouus homo nobis acquisiuit, accipiet. Istudq; manna, istudq; nomen nouum prælibatio quædā est coronæ futuræ, quæ solis perseverantibus in virtute promittitur. Qui certat in agone, inquit Paulus, non coronabitur, nisi legitime certauerit. Agonis nomine nūc vitam spiritualem, seu religiosā accipe, in qua pro aliqua retributione certamus: coronam sanctæ perfectionis donum intellige, quæ caput, id est, mōtem nostram, cingit, atque

Apo. 2.

2. Tim. 1.

A condecorat: legem certaminis perseverantiā intellige, quam Dominus ipse promulgauit, cum dixit: Qui autē perseverauerit vsq; in finē, hic saluus erit.] Nō igitur perfectionis corona ditabitur, qui vtcumq; in statu religioso certauerit, sed qui cōstanter certauerit, & iuxta hæc perseverantiæ legē virtutis exercitationem instituerit. Idq; idē Paulus alio etiā loco testatur, dicēs: Nescitis, quòd hi, qui in stadio currunt, omnes quidem currūt, sed vnus accipit brauium: sic currite, vt cōprehédatis.] Qui snam est ille vnus, qui accipit brauiū in terreno certamine: Nōne ille, qui vsq; ad metam currit, qui omnes alios currētes prætergreditur, qui gemmā ad finem perueniēti, & alios prætergrediēti destinātā arripit? Sic profus ad perfectionis gemmam vendicādā, non sufficit in stadio religionis currere, nisi vsque ad finem curras, & omnes imperfectos tepidōsque præuertas, Ideo diabolus soli perseverantiæ parat insidias, cui in Genesi dicitur: Ipsa contere caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius.] Tāta est sanē huius hostis insolentia, vt cōtrito capite à persecutione nostra nò cesseret, sed calcaneo, id est, fini operis, ac perseverantiæ laqueum instabilitatis obtendat. In quo profectò ad nostram perditionē obrinendā nò fallitur, qui optimè nouit, quod vbi ceciderit lignū, ibi erit, & nō ignorat hominū sortes à Domino non ex iniitiis, sed ex fine pēdari. Vnde pulchrè Hieronymus ait: Nō quaritur in Christianis initia, sed finis. Paul⁹ male cœpit, sed bene finiuit. Iudæ laudatur exordia, sed finis prodicione dānatur. Lege Ezechielem: Iustitia iusti nō liberabit eū, in quacumq; die peccauerit: & impietas impij nō nocebit ei, in quacumq; die conuersus fuerit ab impietate sua.] Ita est scala Iacob, per quā Angeli ascendunt, & descendunt, cui Dominus innititur lassus porrigens manum, & fessos ascendētium gradus sui contemplatione sustentās.] Cura itaq; incipiendi, & virtutis iter arripiendi, necessaria est, nā qui nō incipit, citra dubium numquam ad finem perueniet, sed sollicitudo perseverandi, multo magis necessaria. Multi quippe sunt, qui viam perfectionis incipiūt, quod initia non esse admodum difficilia satis ostendit, sed ò quam pauci ad finem huius vitæ, nempe ad perfectionem, ascendunt. Planè illud etiam quadrat in perfectionis obtentu: Multi sunt vocati, pauci verò electi.] Non enim omnes, quos Dominus ad vitam religiosam, atq; ad perfectionem vocat, se dignos faciūt efficaci electione perfectorum. Item & illud: Patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube, & in mari, sed nō in pluribus eorum beneplacitum est Deo.] Quadrat, in quā, hoc per mysterium in illos, qui acceptis nonnullis celestibus donis, numquam perfectam virtutem adepti sunt, quia cura perseverandi seposita à primæuo seruire ad desidiam, & oscitantiam declinarunt.

Matt. 10.

1. Cor. 9.

Gen. 3.

Eccle. 11.

Hieron. epist. 10. ad Euzb. Ezech. ca. 18.

Gen. 28.

Matt. 20.

1. Cor. 10.

Qui ergo perfectionis palmā obtinere cōcupiscit, incipiat quidem viam istā felicem ingredi, sed magna cura in eo, quod incepit, perseveret. Nā multos vidimus optimè cœpisse, & incredibili seruire spiritus initia virtutis adamasse, quos certò scimus ob perseverantiæ defectum, non solum non fuisse perfectionem adeptos, sed & in damnationē fuisse prolapsos. An Saul non bene cœpit: Vtique, sed inconstancia eum à regno, imò & ab æterna salute deiecit. Denique audit: Pro eo quòd abiecit sermonem Domini, abiecit te Dominus, ne sis rex.] An illi non bene cœperunt, qui Saluatorem sequebantur? Ita sanē: Sed quia abierunt retro, & non iam cum illo ambulabant, se pane vitæ & salute priuauerunt. E contra verò Ezechielis animalia, quæ viros iustos designabant, non reuertebantur, cum ambularent.

1. Reg. 15.

Ioan. 6. Ezech. 2.

Et

Apo. 4.
1. Reg. 6.

Et illa, quæ in Apocalypsi vidit Ioannes, requiem non habebat die ac nocte, dicentia: Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus omnipotens.] Vacca quoque arcam testamenti portantes, ibat in directum, & itinere vno gradiabantur, pergentes, & mugientes.] Illa omnia sunt virorum perfectionem sitientium imagines, qui in quo Christi subiecti, non debent quiescere, non reuerti, non ad dexteram vel sinistram declinare, quousque ad Bethsames, quæ interpretatur domus solis, id est, ad perfectionem, ascendant. Qui autem ignominiosa tepiditate quieuerit, & ad sæculi commoditates reuersus fuerit, numquam perfectionis thesaurum possidebit. Quare sapienter Laurentius Iustinianus ait: Non poterit quis ad consummationem virtutis attingere, nisi voluerit in ipsius exercitatione perseuerare. Non sufficit planè terram fodere, arbuta plantare, atque nascentes fructus inspiciere, si non æquo animo permittantur etiam mature scete. Sic nimirum omnis labor, qualibetque virtus laudem non mereatur, nisi in eadem viriliter perseueretur.] Et Gregorius idipsū aliis pulcherrimis similibus explicat: Neque, inquit, absolutus est debitor, qui multa reddit, sed qui omnia: nec ad brauium victorie peruenit, qui in magna parte spectaculi velociter currit, si iuxta metas veniens, in hoc, quod est reliquum, deficit. Nec ad qualibet destinata loca pergentibus inchoando prodesse longum iter carpere, si non etiam totum valent consummare. Qui ergo æternam vitam querimus, quid aliud quam quædam itinera agimus, per quæ ad patriam festinamus? Sed quid prodest quod carpinus multa, si ea quæ ad perueniendum restant, negligimus reliqua? More itaque viatorum nequaquam debemus aspiciere, quantum iam iter egimus, sed quantum superest, ut peragamus, ut paulisper fiat præteritū, quod indefinenter, & timide adhuc attenditur futurum. Amplius igitur debemus inspiciere, quæ bona nec dum fecimus, quam ea quæ iam nos fecisse gaudemus.] Quæ omnia sapienter dicta sunt. Quoniam licet omnis virtus, omnisque perfectio sit donum Dei, tamen ipse hoc donum non incipientibus, sed perseuerantibus pollicitus est. De illo enim à quo tres panes ad amicum reficiendum petiti sunt, ait: Dico vobis, propter improbitatem eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios.] Ostendens videlicet perseuerantiam pulsandi, & laborandi tres panes, id est, omnem virtutis abundantiam ad mentem nostram perficiendam impetrare.

In multis hæc perseuerantia tenenda est. Primo in loco, ut scilicet non facile locum nostrum deseramus. Nunc verò nihil de mutatione status, siue instituti dicimus religiosi, quos tunc de hac re monebimus, cum (Deo votis nostris annuente) varias Dæmonis tentationes appetimus, sed solam mutationem locorum intra eandem religionem sine legitima causa damnamus. Sunt enim nonnulli religiosi, qui npsquam sciunt quietè consistere, quibus vehemèter placet, de prouincia in prouinciam, de cœnobio in cœnobium, aut de collegio in collegium cômigrare. Quod, ut assequatur, prælatos querimonis onerant, & aliorum, qui in domo religiosa, aut extra illà aliquid esse videntur, precibus, & intercessionibus fatigant, ut facultatem ab hoc loco discedendi, & migrandi in alium obtineant. Istorum autem quosdam mouet spiritualis profectus, quæ in alio monasterio, & sub alio prælato, & cum aliis sociis se habituros esse cõiectat: alios excitat corporis incolumitas, quæ hoc aere, & cælo & huius vrbis tempeste putant non modicè labefactari: Alios parentum, & fratrum, ac cognatorum desiderium, quorum absentia tolerare non iustinet: Alios tandem Diabolus aperte deludit, qui ingenita quadam

A instabilitate, & spiritu curiositatis ducti, omnia iustre, & sæper hospites esse percipiunt. Hos omnes Dominus ab hac mentis, & corporis mutabilitate retrahit, dom ait: Nolite transire de domo in domum.] Nam si hospites sunt, & peregrini, qui domum religiosam tamquam hospitium ingressi sunt, in quo huius vite noctem utcumque transigerent non curat ab ea quam Deo inspirante, aut obedientia annuente elegerunt, discedere, sed in illa constanter salutem suam operari. Nec putet se animi cogitationibus, ac desideriis, loci mutatione aliquod remediū asserere, quæ solet non tranquillitatem, sed maiorem inquietudinis morbum inducere. Ipsi enim (vt verba Cassiani referat, qui necdum possunt, vel nolunt voluntatū suarum investigationibus reluctari, cum acedia peccus insolitū vehementius impugnant, intra cellam fuerint anxii, si progrediendi sapienter sibi remissa, districtio legis concesserint, acriorem aduersum se pestem, hoc ut putant, remedio suscitabit, sicut gelidissimæ aquæ haustu vim internatū febrium quidam restringere posse se credunt: cum utique accendi ex hoc igne illum constet potius, quam sedari, siquidem momentaneam illam releuationem multò grauior consequetur afflictio.] Hos homines instabiles spiritualis profectus cura sollicitat. Sed arbores, quæ sæpè de vno solo in aliud transferuntur, numquam proficiunt, nec maturos fructus emittunt. Sed discipuli, qui de vno in aliud gymnasium transeunt, numquam perfectè scientiam quam profitentur, addiscunt. Sed artifices qui locum suæ officinæ mutant, à se emptores, & lucrū abiiciunt. Sic qui prætextu spiritualis profectus de vno in aliud cœnobium volitant, idipsū quod promouere curant, sua instabilitate diminuunt. Virtutem enim eorum huius prælati durities, & horum fociorum insuauitas non minuit, sed auget, si patienter feratur, non destruit sed exercet. Sta in gradu tuo,] dixit Angelus Danieli, ut futura illi prædiceret: quia nimirum necesse est diuinam lucem percepturis stabilitatem etiam corporis, & loci sibi designati habitationem amare. Et Salomon ait: Sicut auis transiigrans de nido suo: sic vir qui derelinquit locum suum. Illa periculum laquei subit, & iste se periculis distractionum exponit.

D At aduersa corporis valetudo, quam in hac prouincia, aut in hoc cœnobio experiuntur, eos ad loci mutationem impellit. Sed sciat corporeas infirmitates non ex loco, in quo alij incolumes habitant, sed ex aliis causis sæpè manare. Quas cum corpus loci mutatione non deponat, nec postquam aliud translatum est (quod experientia millies ostendit, ab ipsis se agritudinibus liberat. Sed esto, locus sit causa inualetudinis, at dictum Pauli considerent: Quia vnusquisque mercedè accipiet, secundum suum laborem,] & occasionem patiendi, & sustinendi non reiciant, ut secundum illam, cumulatam mercedem accipiant. Nec infirmitas, præsertim si modica sit, eos à diuinis obsequiis, aut ab studio perfectionis diuertit, quibus labores, (quæ præcipua solent esse perfectionis instrumenta) & memoriam mortis, nos ad currendum sollicitantis momentis singulis ingerit. Et si diues, & præpotens homo, qui in sua patria infirmitatem contraxit, salutis obtentu, nec regnum, nec urbem mutat, neque filios, & familiam, & opes, in aliam regionem deportat, sed commodis remediis apud suos se utcumque sustentat: cur pauper religiosus, qui sæculi comoditates relinquit, vult posse, quod diuites, & pecuniosi non possunt, & indispositione corporis orta, statim comitè & omnia necessaria habere, & non sine impensis monasterij pauperis in aliud monasterium commigrare? Qui verò Prælati est im-

Matt. 10.

Cor. 9.

Genes. 3.

Eccl. 11.

Hieron. pist. 10. ad Euzo. Ezech. ca. 18.

Genes. 28.

Matt. 20.

1. Cor. 13.

1. Reg. 15.

Ioan. 6. Ezech. 2.

Iust. ligno vitæ etc. de obedientia. c. ult.

Greg. 22. mor. c. 5.

Luc. 11.

A

B

C

D

E

Luc. 10.

Cassian. col. 2. 4. c. 5.

Dan. 10.

Prou. 27.

1. Cor. 3.

portunus, vt in eam urbem vadat, in qua sui parētes, & fratres, & cōfanguinei commorātur, iudiciū euidēs prabet, quōd saeculum non deseruit, cuius chariorem partem tātopere sibi adiungere cupit. Quisquis hic est, audiat Dominū dicentem: Qui amat patrem, aut matrem, plusquam me, nō est me dignus. Et qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus. Et qui nō accipit crucē suam, & sequitur me, non est me dignus,] & Christum posthabere, ac crucem propriā non ferre conuincitur, qui ob parētum, aut cōfanguineorum amorem, à proposito omnia deferendi separatur. Nec desiderio conversionis parentum, & cognatorum, eos quisquam religiosus inquirat, habēt enim Moysen, & prophetas, habēt, in quā prae dicatores, & ministros Euangelij, audiant illos.] Et facilius est modicum salis in aquam cōverti, quā in mare cōiectum rotam aquam in sal cōmutare. Ita, o religiose, facilius tui cognati te distrahēt, & ad suas curas, & negotia trahēt, quā tu illos à suis ambitionibus, & peccatis abducas. Dicēsque forsan de illis postquam fueris satis sordidatus: Verberauerunt me, sed nō dolui, traxerunt me, & ego nō sensī. Quādo euigilabo, & rursus vina spiritualis consolationis, quae amisi, reperiam.] Nec etiam apud illos te gratiam aut acceptum esse cōfidas, quia verissima est sententia Saluatoris: Quōd nemo propheta acceptus est in patria sua. Nam tādem illos, qui spiritu curiositatis, & instabilitatis victi, nesciūt in vno loco consistere, non est cur multis adhortemur, certum est enim, quōd Diabolus circūuoluit illos vt rotam, & dispergit vt stipulam ante faciem venti, ne aliquam mentis puritatem acquirant. Audiuimus inter vos quosdam, inquit Paulus, ambulantes inquietē, nihil operantes, sed curiosē agētēs. Iis autē, qui eiusmodi sunt, denunciamus, & obsecramus in Domino Iesu Christo, vt cum silentio operātes suum panem māducent. Eisdem verbis rogamus istos, vt sciāt in eodem loco consistere, & quae obedientia iniunxerit, stabiliter operari: nam multa sunt mala, quae ex hac mutatione locorum exoriuntur, quae Climacus his paucis verbis enumerat. Cordis haesitatio, & infidelitas, locorumq; mutatio officicula semper atq; calamitates patate consueuerunt. Qui enim prouisi ac faciles ad migrationem mutationemq; locorum sunt, improbi omnino iudicantur. Nihil ita boni operis fructus consueuit obtūdere vt locorum crebra mutatio. Cum ergo praelatus aliquem non instantem nec postulātem de vno loco in alium mutauerit, fidenter obediāt, credens quia loci mutatio suo profectui non officiet. Scriptum quippe est: Mutabis eos, & mutabuntur. Nam si Deus aliquos per obedientiam mutauerit, ipsi gratiā obediendo recipient, vt se de malo in bonum, aut de bono in melius mutant. Dum verō obedientia sancta religiosum, non mutat, ipse nullo modo suum locum deserat, sed in eo suam salutem operans perseueret.

Deinde perseuerandum est in defectuū remedijs adhibēdis: ita scilicet, vt vnum medicamentum animae, multoties vsque ad vitij extirpationem repetamus, nec variē & indiscretē, diuersa ac multa remedia applicemus. Nam qui in carne vlcus sentit, medicum sapiētē, & expertem inquit, de cuius consilio, non nunc istud, & post vnam horam aliud, & post alteram aliud medicamētum adhibet, sic enim numquam vlcus curatur, sed perseuerāter vnam ferriem curationis tenet, qua tandem ad concupitam sanitatem peruenit. Sic omnino, qui vitio superbiae, aut ambitionis, aut alio quopiam laborat, magistrū spiritualem velut peritum medicum cōsulat, & medium sanandi sibi assignatam constanter vitio suae

mentis adhibeat. Nam ista perseuerans eiusdem curationis repetitio, multo magis quā crebra mutatio remediorum sanitatem efficiet. Et fortassis id docuit Salomon, dicens: Si spiritus potestatem habentis ascēderit super te, locum tuum ne dimiseris: quia curatio faciet cessare peccata maxima. Tunc quidē spiritus habentis potestatem ascendit super aliquē, cum anima morbus illum impugnat, ac miserabiliter subiicit. Et quod tunc medicamen apponendum? Illud certē, vt vitio impugnatus, locum suum, id est, modum curationis, non deserat, quia vniformis, atque assidua curatio peccatis maximis solet mederi, quāto magis minora, aut non nimis radicata curabit. Audi quo pacto ista duo doceat Bernardus. Diximus enim primo spiritualem medicum esse cōsulendum, de quo ait: Contra leuitatem adhibenda est cōsultatio seniorum, scilicet, ne doctrinis varijs & peregrinis abducamur, sed facias, quod lex diuina praecipit. Interroga patrem tuum, & annūciabit tibi, maiores tuos, & dicent tibi. Diximus secundo eadem remedia constanter iteranda, de quo alio loco inquit: Cura eget & non modica, non iniquata, sed infecta natura. Incubat ergo immobiliter valetudinario suo, (sic enim solēt appellare medici valetudinum curādarum officinam) & remedij suscepti prosequatur vsum vsq; ad sanctitatis experimētum. Valetudinarium tuū, o agrote, o languide, cella tua est: remedium, in quo curari cœpisti, obediētia est, obediētia vera. Sed scito quōd remedia crebro mutata nocent, naturā disturbant, & agrum disteminant. Nam & qui aliqūd pergit, si vnam certam retinuerit via, cito perueniet, quōd tendit, & itineris & laboris faciet finē. Si verō multas aggreditur vias, errat, nec laboris aliquando finem facit: quia error finem non habet. Non ergo remedium mutes, neque aliud pro alio accipias, sed vsque ad terminū perfectae sanitatis medicinalis obediētiae remedio vtere, neque abiicias eā vt ingratus cū factus fueris sanus. Quare non est desperandum, si non statim remedij adhibitione sanemur, quia haec est omnium medicamētorum natura, vt pro maiori aut minori resistentia subiecti, tardius aut citius suum sortiantur effectum: nec mutatio indiscreta remediorum celeriorum sanitatem afferre solet. Et quod parentibus dicit Salomon: Erudi filium tuum, ne desperes, ad interfectionem autem eius, ne ponas animam tuam,] quisque sibi dictum exilimet, vt semetipsum suauiter corrigat, & prudenter erudiat, & non anxia remediorum iteratione conficiat. Quōd si non sanus statim euadit, ne desperationi det locum, quia sine dubio gratia Dei nostram iuuans perseuerantiam, aliquando tandem est remedium allatura.

Ad hanc perseuerantiam in sanctis ac pijs exercitijs cōseruanda est, vt nō passim nostra virtutis, & orationis studia deseramus, & pro alijs nondum probatis commutemus. Aliquos enim vidimus desiderio magno quidem illo, sed non prudenti perfectionis incitatos, qui omnia ab alijs facta exercere, atq; experiri contendunt, & ab hoc viuendi modo ad aliam rationem cōuersandi praecipiti cupiditate raptatos: nihil illi ad operis cōsumptionē perducunt. Nunc cella suae claustra sectantur, & non nisi ad valde necessaria exire patiuntur. Nunc verō cella contempra omni occupationū genere seipos effundunt: Nunc antiquos patres profectus gratia legunt, postea illis sepositis vulgares libellos pio ac simplici stylo cōscriptos enoluunt: Nunc orationem meditando, & cōsiderando faciunt, & in illa nō vnam materiam, sed varias, & innumeras, & nullo ordine quaesitas ad suam meditationem accerunt, postmodum cō-

sideratio

Ecd. 101

Bern. ser. 5. de asump.

Idem.

Prou. 19

siderationibus relictis seipfos solis affectibus pascunt, & sola voluntate in Deum ferri concupiscunt. Nunc tadem immoderatis se ieiuniis, ac corporis asperitatibus domant, nunc cibo, & somno indulgent, & vitam non tantum moderatam, sed etiam ad mollitiem, ac dissolutionem declinantem ducunt. Qui cum nullam viam persequatur, numquam ad viam finem, scilicet ad perfectam virtutem, perueniunt. Optime sane illos describit Hugo, dicens: Sunt quidam, qui nunc afflictione carnis maeerantur, nunc ad carnis voluptatem reuertuntur: saepe vigilant aliis dormientibus, sed saepius dormiunt, aliis vigilantibus. Nunc humilia, nunc sublimia, nunc blanda, nunc aspera loquuntur: Nunc de fratribus, nunc de parentibus gloriantur: nunc nihil nisi ordinis statuta perstreperunt, nunc nihil nisi fabulas audire volunt: Nunc albas, nunc nigras, nunc medio colore coloratas delectatur habere cappas: Nunc vilis placet habitus, nunc mediocris, nunc superfluus. Nunc dant illis olera pastum, & aqua potum: nunc vero exquisitis ferculis, nunc diuersis poculis vtuntur. Nunc laborant, nunc labor displicet. Amant subesse, vt possint praeesse: honores fugiunt, vt honoribus occurrant. Hi non aduertunt, varias ac diuersas esse vocaciones Dei, nec quemquam posse omnes vitae rationes seruare, sicut nec valet varias simul diuersorum statuum vestes induere. Vnusquisque proprium donum habet ex Deo: alius quidem sic, alius vero sic. Non ergo praesumptione caret dona omnia praesumere, & imbecillitatem hominis tot muneribus onerare. Qui talia aggreditur, non solum ad alicuius virtutis perfectionem numquam adueniet, verum etiam, cum quotidie nouum iter assumat, nec etiam proficiet, sed semper erit incipiens. Quamobrem id obseruet virtutis ac perfectionis amator, vt non sine maioris consilio, suum spiritum ponderet, suas vires expendat, suam vocacionem consideret, quae exercitia illi congruant, quae pia studia conuenienter diligenter aduertat, & aliorum studiis exercitationibusque laudatis, suum non deserat, sed iugiter illi & perseveranter insitat. Quod Casianus docet in haec verba: Quapropter hoc vnicaeque vtile, atque conueniens est, vt secundum propositum, quod elegit, suae gratiam, quam accepit, summo studio, ac diligentia, ad operis artem perfectionem peruenire festinet, & aliorum quidem laudans, admiransque virtutes, nequaquam a sua, quam elegit, professione discedat. Sciens, secundum Apostolum, vnum quidem esse corpus Ecclesiae, multa autem membra, & habere eam donationes secundum gratiam, quae nobis data est, differentes, &c. Sanctus Iob profecto hanc pium studiorum perseverantiam custodiebat, qui quotidie pro filiis suis idem holocausti genus offerebat, eosque eadem semper ratione iustabat, de quo dicitur. Sic faciebat Iob cunctis diebus. Quo loco inquit Gregorius: Incausum bonum agitur si ante terminum vitae deseratur: quia & frustra velociter currit, qui priusquam ad metas veniat, deficit. Hinc est enim, quod de reprobis dicitur: Vae his, qui perdidit sustinentiam. Hinc electis suis veritas dicit: Vos estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis. Hinc Ioseph, qui inter fratres usque in finem iustus perseverasse describitur, solus talarem tunicam habuisse perhibetur. Nam quid est talaris tunica, nisi actio consummata: Quasi enim protensa tunica talum corporis operit, cum bona actio ante Dei oculos usque ad vitam nos terminum tegit. Hinc est, quod per Moysen caudam hostiae offerre praecipimur, vt videlicet, omne bonum quod incipimus, etiam perseveranti sine compleamus. Bene igitur coepta cunctis diebus augenda sunt, vt cum

A malum pugnando repellitur, ipsa boni victoria constantia manu teneatur. Statuamus itaque semel, qua via nobis in caelum eundum sit, & eam immobiliter teneamus, & breuius ac facilius ianuam caelestis patriae, id est, veram virtutem consequemur. Qui vero capta incipiunt, & cuncta statim derelinquunt, similes sunt iis, qui varios cibos leuiter gustant, & nullius aliquam bonam partem comedunt, nam semper famelici sunt, & numquam, qua cruciatur, famem depellant. Quomodo enim famem virtutis sedabit parvus alicuius virtutis actus, ori metis ad motus, & est vestigio refutatus? Hos instabiles homines reprehendit simul & monet Richardus de Sancto Victore, dicens: Multi saepe multa proponunt, & minime tamen faciunt, quia quam facile aliquid statuerint, tam facile rursus statuta reiciunt. Primum itaque obseruandum nobis est, vt vilia statuamus: secundum autem, vt vtiliter statuta firmiter teneamus. Attende, quam firmiter statuit, quod optimus ille liberator optimus esse perpendit. Iuravi, inquit, & statui, custodire iudicia iustitiae tuae. Audisti de vera institutione, audi & de voti executione. Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi eius. Qui in eodem loco, quod ad se attinuerit, constanter perseverauerit, & in malis vincendis, atque in bonis sectandis, eandem per totam vitam (nisi evidentibus iudiciis ad nouum modum se exercendi a Domino vocaretur) conuersationis rationem tenuerit, is veluti eadem viam sequens, multum spiritualis itineris peraget, & secundum sollicitudinem, qua seipsum vicerit, & ornauerit, magis ad minus proficiet.

C Mirum sane est ista perseverans eorumdem bonorum operum consuetudo, quantae sit causa iucunditatis. Nam sicut qui transit de vmbra ad solem, aut de otio ad laborem, in principio quidem huius mutationis difficultatem, non modicam experitur, & postea vero omnis difficultas in facilitatem, imo & in iucunditatem vertitur: ita diuersorum studiorum reiectio & vnus prosequutio, primum difficilis, & insuavis, at postea satis prona, ac suavis inuenitur. Est enim tam in bonis quam in malis verissima Salomonis sententia: Adolescens iuxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea. Quia si mali falsa iucunditas, cuius aliquis in adolescentia consuetudinem imbuat, non sinit illum a ficta voluptate resilire: ita boni vera suauitas quodammodo per perseverantiam in naturam versa, iustum iam senem non permittit ab illa discedere. Nec solum iucunditatem, verum etiam & robur ad sancte & pure viuendum impertit: dum vnus modi viuendi habitum generat, qui robur est animi, quo id, ad quod inclinatur facile continuamus. Rusticus namque duos habet neruos, & fortes lacertos, quod perseverans exercitatio fecit, & si per aliquod tempus otio laqueat, non aduertens emollescit: & vir religiosus si in eodem modo viuendi perseveret, fortis, si vero de vno in alium instabiliter transeat, ad omnes virtutis exercitationes mollis & delicatus efficitur. Ac tandem perseverantia fructum virtutis, scilicet perfectionem, committit.

E Idemque quodammodo in gratia, quod in natura conspicimus. Sicut enim natura semet in eodem terra solo suscipiens, & continuis solis, & pluviarum influxibus adiuuans, radicem deorsum, & truncum sursum mittit, & ramis veluti membris compingit, & foliis ac floribus ornat, & usque ad suauissimorum fructuum generationem perducit: sic gratia animam iustam in eodem loco religionis seminans, & eiusdem auxiliis ac studiis irrigans, paulatim promouet, & usque ad vitam quamdam puram ac perfectam assequendam, iuuare non sinit. Et quidem, vt

Hug. lib. 3. de clar. ano. ma. 6. 3.

1. Cor. 7.

Casian. col. 14. c. 5.

Rom. 12.

Iob. 1. Grego. 1. mor. c. ult.

Ecl. 2.

Luc. 22.

Leu. 7.

Richard. de consuet. securit. c. 5.

Psal. 118.

Psal. 115.

Pron. 22.



1. Ioh. 1.

Laurentius Iustinianus ait: Nō potest recipere agricola frumenti grana, nisi in agro laborem messis, in area ardorem solis pro separatione palearū à grano perseveranter pertulerit: sic neque nos ad mercedis retributionem pertingemus, nisi in perseverantia operis fortiter persistiterimus.] Perseuerandum ergo nobis est, non tantum in bona ac religiosa vita, verum etiam in eodem vitæ modo ac ratione persistendum. Vt quemadmodum artifices bene gubernata reipublicæ, semper idem officium mercatoris, aut scribæ, aut procuratoris exercent, & illud exercendi eandem etiam rationem observant, & sic opinionem apud alios sibi parant, & noua lucri augmenta conquirunt: Sic vitæ religiosus, & in eodem statu, ad quem vocatus fuit, & in eisdem sanctæ vitæ exercitiis immobiliter perseueret, quibus in dies animæ profectum augebit. Vos, inquit Ioannes Apostolus, quod audistis ab initio, in vobis permaneat: vt prima perfectionis initia non relinquentes, sed nouis semper augmentis prouehentes, ex initiis ad media, & ex mediis ad finem prosperè veniatis. Hæc autē omnia illis dicta sunt, qui aliquem modum vitæ, & studiorū spiritualium de consilio sapientis arripuerūt, nam illis qui tepide viuunt, & suam in omnibus explēt voluntatem, non dicimus, vt in tam misera viuendi ratione persistant, sed vt iam tandem spiritualiter, & more seruorum Dei viuere incipiāt. Frustra namque habitu religionis induunt, si religiosam vitam, & omnis perfectionis ac sanctitatis amatricem numquam incipiunt.

Quanta sollicitudine sunt hæc documenta seruanda.

CAPVT XLIV.



XI M I A profectio res, & supra quam cogitari potest, desiderabilis est sanctitas, quam Christus filius Dei homines docturus aduenit: quam ad animas exornandas suo sanguine comparauit, ad cuius præmium regnum cœleste mirabiliter cōdidit, cuius amatoribus ac possessoribus totū id quod peccatum perdidit, ineffabiliter cumulatam restituit. Sanctitatem Christus docturus aduenit, quoniam apparuit gratia Dei, vt inquit Paulus, Saluatoris nostri, omnibus hominibus, erudiēs nos, vt abnegantes impietatem, & secularia desideria, sobriē, iuste, & piē viuamus in hoc sæculo.] Quibus verbis mirificè sanctitatis naturā, cuius gratia fili⁹ Dei visibilis apparuit inter nos, ac patenter exposuit. Hæc enim & omnem impietate odit, & desideria secularia reiecit, & his malis sublatis sobrietatem erga nos ipsos, iustitiam erga proximos, ac pietatem erga Deum, vt sic omnem comprehendat iustitiam, impertit. Ne autem dubitemus hac circuitione verborum perfectionem exponi, cuius dōcēda gratia Christus aduenit, eandem sanctus Apostolus explicare pergit, adiciēs: Expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mūdaret sibi populū acceptabilem, sectatorem bonorū operum.] Hæc itaque causa aduentus Domini, hæc ratio, quare se hostiam pro nobis omnibus obtulit, vt nos à peccatis eriperet, & gratia ac vera virtute mūdaret, in quibus omnis sanctitas perfectioque consistit. Sanctitatem etiam Christus ad ornādus animas nostras suo sanguine cōparauit. Ipse enim est, qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine

Titum 2.

Titum 2.

Apocal. 1.

A suo.] Dilectio eius præcessit erga nos, quam omnium donorum quæ accipimus, originem confitemur, huius verò dilectionis effectus est proprii cruoris effusio, quo animas à peccatis elueret, & pulchras, id est, sanctas, conspectui patris præsentaret. Et quidem ad hoc animarum dilectissimus sponsus sanguinem suum pro Ecclesia profudit, vt illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ: vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta & immaculata.] Miro autem modo sanguis mundat, atque sanctificat, quia virtutem aquæ mundantis habet, & efficaciam producendæ gratiæ sanctificantis accipit. Ad cuius balneum nos incitat B Isaias, dicens: Lauamini, mundi estote: & si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabitur, & si fuerint rubra, quasi vermiculus velut lana alba erunt.] Non quod peccata aliquando sint munda, neque enim possunt, sed quod sacratus Christi sanguis animas peccatis sordidas, mundas effecerit, & à deformitate peccati in sanctitatis decorem traduxerit. Ad sanctitatem quoque præmio cumulatam, regnū cœleste conditum est. In quo glorioso regno non regnant reges terreni, nec huius sæculi principes dominantur, sed regnāt omnes sancti amici stolis albis, & sequuntur agnum quocumque ierit.] His dictum est: Vos estis qui permanistis mecum in temptationibus meis: & ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus regnum, vt edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo.] Ac perfectam virtutem, quæ è cœlis demissa est, nō potuerunt omnia terrena fatiare, & ideo, quæ hic non semel affligitur, & angustatur, & ab hominibus non semel sine præmio, & honore relinquitur, recipit præmium & retributionem in cœlis. Et tandem omnia amissa per peccatum restituit. Quia sanctitas est, quæ Deum placat, Angelos nobis conciliat, homines mutuo amore copulat, iniquitatem eliminat, affectus ordinat, virtutes inserit, & corpus animæ animam spiritui, & spiritum suo creatori subternit. Nec solum omnia, vtrumque restituit, sed etiam duplicata reddit, nam multo magis gratia Dei, & donum, ait Apostolus, quàm delictum, in gratia vnus hominis Iesu Christi in plures abundauit. Sicut enim Iob paupertate & infirmitate percussus, imago est peccatoris: ita figura est iusti, ab omni malo liberatus, cui omnia bona sua duplicata sunt restituta, quia gratia & puritas per Iesum Christum sanctis data, quæ primus patens perdidit, multiplicata reuocauit. Quæ tantis est nobilitate titulis tantis nominibus honorata, digna sanè est, quæ maxima cogitur, & creatis rebus omnibus præponatur.

Hanc rem maximam & pretiosam, & hominis amore, desiderio & conatu dignissimam, non possumus desidioli, & segnes, ac sine magno labore conquirere. Licet enim Deus, cuius perfectio est opus, nos sua gratia, & quidem abundantissima, ad eam consequendam, imò & desiderandam, ac cogitandam præueniat, tamen ad dandam nostram cooperationem expectat. Quæ si pro magnitudine, & diuturnitate doni mensuranda est, non modica, nec breuis, sed magna, ac diuturna esse debet. Et si perfectio res est supernaturalis, & omnes vires ac facultates nostras superat, cooperatio, quæ ad eam obtinendam paramus, vt sui principium non nudam tantum naturam, sed viribus gratiæ vestitam exposcit. Ego quidem inter Angelum & hominē ad perfectionem obtinendam illud cogito esse discrimen, quod ad possidendam opulentissimum regnū est inter illum, qui natus est rex, & heres regni, & aliū qui

Epist.

Isaie 1.

Apoc. cap. 14. Luca 22.

Rom. 5.

Iob 42.

vilibus

vilibus & abiectis partibus natus, ad regnum promerendum, & inuadendum aspirat. Ille enim priusquam seipsum, ac suam sortem agnoscat, rex natus, sine vlla industria, ac sine vilo labore solum regni occupat, & cunctis hominibus illius reipublice se ipsi sponte subdentibus imperat: at hic maximis exantlatis laboribus, se virum fortem & magnanimum exhibet, sollicita industria amore populi ambit, & se in proceram amicitia insinuat, & illusterrimis de holte reportatis triumphis tandem confessione omnium a populis acclamatus ad principatum possidendum ascendit. Sic angelus rex natus, id est, in perfecta gratia, ac amicitia Dei conditus, nullis laboribus regnum perfectionis comparauit, & post vnus momenti meritum huius regni incomparabilem maiestatem, & gloriam, scilicet beatitudinem acquiuit. At homo, qui, teste Paulo, nascitur filius irae & a parentibus abiectissimis in fectore carnis, in ardore concupiscentiae, & in statu miseriae procreatur, non potest oscitando, & conseruatis manibus, aut perfectionis regnum, aut gloriam illi promissam acquirere. Sed necesse est, vt magnis laboribus pro virtute perpessus agmina vitiorum proterat, vt affiduis precibus, & gemitibus inenarrabilibus, Angelorum & sanctorum familiaritatem, ambiat, vt mentis puritate sibi diuinum amorem ac misericordiam conciliet, & tandem partis de mundo, de Diabolo, & de se ipso gloriosus victor, aptum se ad suscipiendam perfectionem efficiat. Propterea variae sortes hominibus, & Angelis obtingunt, nam istis tamquam filiis perpetua beatitudo, & sempiterna laus sui creatoris ascribitur, illis vero tamquam militibus pro regno pugnaturis acris pugna, & importunum bellum indicitur. De Angelis dictum est ad Iob: Vbi eras, cum me laudaret simul altra matutina, & iubilaret omnes filij Dei] quasi a principio conditionis suae Angeli perpetuis gaudiis fruere, & laudationi conditoris insisterent. De hominibus vero scriptum inuenimus; Quonia regnum caelorum vim patitur, & violenti diripiunt illud; quasi ipsi non ad pacem, sed ad bellum inuidentur, cuius victoria regnum, ad quod occupandum aspirat, laboribus propriis obtineant. Angeli vestibus albis, & splendebunt, quae signa sunt pacis atque laetitiae, seipsum amictos ostentant: Homines galea, & clypeo, & gladio, quae arma sunt bellicae, in Paulo inueniuntur instructi. Illi cibo ac potu inuisibilibus exultationis perpetuae, in caelesti patria reficiuntur: isti secundum illud Psalmista: Cibabis nos pane lacrymarum, & potum dabis nobis in lacrymis in mensura] amaritudinis pane cibantur. Angeli, vt triumphatores vultui semper creatoris assistunt: homines e paradiso, quem perdididerant, eieci sunt, vt iterum illum pugna & labore mereantur. Illi vt filij suum patrem, sic Dominum cingunt: hi vero, vt exules longis & arduis itineribus, ad patriam remeare contendunt. Ac demum, ne putaremus nostri Saluatoris aduentu, bellum ac labor esse sublatum, ait Augustinus: Nascente Domino, luctus coepit, non caelo, sed mundo: indicitur matribus lamentatio, angelis exultatio, infantibus transmigratione. Quia licet Dominus sufficiens simus pro omnibus satisfecerit, ac sanctitatem, & eius praemium, scilicet gloriam, vniuersis acquisierit, tamen efficaciam suae redemptionis non applicat, nisi ei, qui aduersus peccata, ob arcem virtutis occupandam, pugnando laborat. Homo ergo, qui connubium virtutis affectat, & eam perfecte ceu ipsam possidere desiderat, sciat se debere pro virtute diligenter laborare, nec se posse sine spoliatioe veteris hominis, & acceptione noui, tam pulchram ac nobilem sponfam obtinere.

In quo igitur homini laborandum est, vt regnum

Ephes. 2.

Iob. 38.

Matt. 17

Acto. 1.

Ephes. 6

Tobia 12.

Psal. 79:

Daniel. 7.

Gen. 3.

Iob. 1.

Aug. ser. 8. de Sanctis.

A perfectionis assequatur: Vtilis sane interrogatio, cui non ego, sed Dominus ipse respondeat: Qui vult, inquit, venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Ire post Christum, ac sequi illum, summa perfectionis est, Labor vero in sui abnegatione collocandus, ac in crucis propriae baulatione ponendus. At quid est sui ipsius abnegatio? Nihil est aliud, inquit Basilius, nisi summa rerum omnium vitae superioris obliuio, atque a sui ipsius voluntatibus recessio. Et quid est crucis propriae baulatio? Animi, ait idem beatus Pater, ad mortem pro Christo subeundam alacritas, & membrorum, quae sunt super terram mortificatio: Et illud, quod quis libenter se cuius impendenti periculo offerre pro Christi nomine paratus sit, & nulla de rebus vitae huius affectione tangatur. Qui in his duobus laborauerit, se aptum ad virtutem reddet, & mirifice ad perfectionem consequendam disponet. Abnegare seipsum, est pro amore Christi omnia mundana relinquere: Crucem tollere, est, molestias quae ex hac dimissione frequenter emergunt, equanimiter sustinere. Negare seipsum est inordinatis affectibus, ac propriis voluntatibus valedicere: Crucem tollere, iugum diuinae legis, & onus regularis obseruantiae praeferre. Negare seipsum est, pristinae saeculi conuersatione omnino de discere: crucem tollere, cunctis virtutibus, ex quibus vita spiritalis textitur, & non sine labore, quae runtur, corpus & animam honestare. Haec enim virtutes dum animam desiderii carnis aduersantem constituunt, sicut ex duobus lignis crucem efficiunt. Quae crux

C Christum quidem oneravit, & pressit, qui peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum, vt peccatis mortui, iustitiam viuamus; nos autem postquam illum oneravit, non onerat, sed mirabili suauitate decorat. Cum itaque sui ipsius abnegatio, ac crucis acceptio, sint sequela Christi adipiscendae instrumenta, ac totius perfectionis itinera, in his duobus labore suum collocet, qui ad perfectionis apicem venire contendit. Sicut autem immoderatum mundi desiderium nos omnibus spiritualibus bonis spoliat, & vsque ad contemptum caelestium pro terrenis assequendis procedit; ita vera abnegationis, & crucis concupiscentia, nos amore terrenorum exuat, & contemptum omnis honoris, & voluptatis, ac comoditatis importet. Paruum enim, & inefficax est crucis amor, & imitationis Christi desiderium, si cum potest, (& non dubium quin, si volumus, potest) nos non efficaciter mundo crucifigit, & ab amore terrenorum abducit. An non istud desiderium, quo Christus nostram perfectionem concupiuit, Christum egit in crucem, & inter caelum terramque suspensum creatis omnibus spoliavit, & tanta ignominia Deo illata, tanta nuditate, tantis doloribus, tantis vulneribus inflictis, eum, qui liberè ponebat animam suam, esse crucis amatorem ostendit? Sic omnino desiderium crucis, efficaci veteris hominis crucifixione manifestandum est, vt opera ipsa, quae facimus, etiam si taceamus, amorem crucis prodant, & abscondita desideria cordis aperiant. Quae cum vera & efficacia esse probauerimus operibus, tunc exhibebimus nos Euangelij professores, quod sicut circumcissionem carnis euacuauit, & de medio sustulit, ita circumcissionem spiritus inuexit, & omnino mandauit. Nam, vt Cyprianus ait: Vbi Christus Dominus venit, de quo in capite libri scriptum erat, vt in morte sua Patris voluntatem impleteret, cessarunt sacrificia, nec iam truncationem praepitij Euangelium imperauit, sed circumcissionem cordis, & omnem tam membrorum quam affectionum petulantiam, gladio spiritus reseccari immutabili decreto mandauit. Illa spiritali circumcissione infrugiferi palmites, id est, affectus veteris ho-

Luca 9.

Basilius. de dissipatione.

1. Petri 2.

Cyprianus. de operibus cordis. de circumcissione.

Roma. 6.

minis amputatur, vt noui, & fractum allaturi in nobis, id est, virtutes Christi, succrescat. Ista crucifixione vetus homo noster timoris Domini clavis affigitur, vt nouus homo soluatur, & corruptionis impedimento sublato, suam salutem operetur. Vetus enim homo noster simul crucifixus est, vt destruat corpus peccati, & ultra non seruiamus peccato. J Destructa autem vniuersitate peccatorum per imitationem crucis, & euacuo vase mentis nostre, quod Dominus ad sanctitatem infundendam condiderat, quid superest, nisi in suam immensam largitatem exercens, iterum tam suauis liquore illud adimpleat.

B

Ad hanc duplicem viam abnegationis, & crucis, pertinent omnia, quae in hoc postremo libro scripta sunt; possunt namque gressibus comparari, quibus itinera mortificationis, crucisque peragimus, & ad concupitam mentis puritatem, non corporaliter ambulando, sed duritiem nostram vincendo, & ad meliora semper aspirando properamus. Quid enim aliud est, desideria perfectionis concipere, alterius hominis nutu regi, solam Dei gloriam inquirere, parua metuere in maiora oculos mentis intendere, & caetera huiusmodi, nisi veterem hominem abnegare, propria voluntate protelere, & seipsum quemquam, in omnibus, quae sunt mundi, crucifigere: Ea ergo, quae late perscripta sunt, volumus nunc summam perstringere, & sub breui compendio oculis legentium proponere, vt breuiter, & simul lecta tenacius in memoria habeant, & legentem iam plenius instructum, ad id, cuius gratia scripta sunt, scilicet ad opus inducant. Quia nihil proderit scire quo pacto mens nostra ad perfectionem paranda sit, nisi iuxta scientiam lectione, & Spiritus sancti illustratione quaestam opere ipso formetur, & nouis quotidie virtutum incrementis augeatur. Post conuersionem, qua peccata fleuimus, & diaboli pompis renouimus, & mundo, ac terrenis omnibus valediximus, a perfectionis desiderio incipendum est, quod veluti calcar nostram segnitiam excitet, & ad festinandum, ac currendum impellat. Hoc desiderium non tepidum sit, sed feruidum, sed ardens, quod ortas difficultates superet, & inter verbera, si ita oportuerit, inter persecutiones, & cruce, Deum, & eius amorem, ac metis puritatem inquirat. Desiderio desiderauit, ait Dominus, hoc pascha manducare vobiscum antequam patiar. Ille desiderio desiderat, id est, valde & impense desiderat illam caenam, qua nobis seipsum in cibum, ac potum erat daturus, & nos ad sui participationem, & vniorem euecturus, vt nos doceat desiderio desiderare, id est, ardentem illum statum sentire, & concupiscere, in quo nos totos Deo tradimus, & per veram imitationem, & ardentissimum amorem Christo capiti copulamur. Quod si hoc desiderium nondum factis ac sitis nomine mereatur, & praeter nostra tepiditate languat, ac desideriorum adhuc saecularium cura flaccescat, illud septem illa excitatoria, quae diximus, quasi septem vehementissimi status accendant. Nam & ipsius sanctae perfectionis aestimatio, & rerum temporalium vilitas, & bonorum spiritualium pretium, & Dei nos ad sanctitatem inuitantis voluntas, & periculum deficiendi & magna, qua constringimur obligatio, & tandem artha divina gratia, quam perfectionis desiderium obtinet, adeo nos ad optandam perfectam virtutem excitant, vt saxo sit grauior, & torpedine tardior, & rebus inanimis insensibilior, qui his aculeis stimulatus desideria in se perfectionis non sentiat. Iosue dux Israelitarum fortissimus, septies Hiericho vibem munitissimam cum caederet, & vniuersum exercitum circiuit, & hac eptempli circiuitione ac buccinarum clangore pro-

Luca. 21.

Iosue 6.

A

stravit. Sic anima his septem considerationibus circundata & sono diuinarum inspirationum incitata, se ipsam ad amorem perfectionis adiget, & saeculi desideria prosternet. Orandus tamen est Deus, vt potentia sua septem haec signacula soluat, & illustratione sua nobis meditantibus septem istas portas aperiat, per quas si ad affectum boni, & ad desiderium perfectionis ingressi fuerimus, illud de concupita sponta talia nunciabit, quae nos faciant solum eius amore quiescere, & propter illam omnium terrenorum possessionem aspernari.

B

Ex isto perfectionis desiderio iam ad opus progrediendum est, & primo ductor quaerendus, qui viam spiritualis vitae nobis incognitam monstrat, & pericula, quae in ea latere solent, aperiat. Ille namque popularis, qui Mosem a Domino electum in ducem sequitur, audit: Quia Dominus deus tuus ipse est ductor tuus, & non dimittet, nec derelinquet te: J vt intelligat vniuersi tunc se a Domino regi, cum ab eo, qui eius auctoritate praestit, se inuiri gubernari. Magistro autem perfectionis inuento, aut potius cura & sollicitudine matris religionis accepto, (nam ad illam spectat, virum idoneum & in rebus spiritualibus eruditum aliis in praecceptorem praeficere) illi in omnibus ad spiritus profectum atinentibus obediatur. Paris enim periculi est aut praecceptorem non habere, aut nolle ei in rebus imperatis obedire. Quidam profuit Sauli magistrum Samuelem agnoscere, si contra Dei praecceptum ab ipso Samuele declaratum, & maneri se sacerdotis ingressit, & missus ad occidendum Agag, illi pepercit, & morte dignum non occidit: Illi nihil proderit praecceptorem virtutis habere, de cuius ore nobis Domini voluntas innotescat, si ad eius monitiones obsurdescimus, & quae Deus per illum monet inuerecunde contemnimus. In omnibus autem quae ipse praeciperit, siue quae alij superiores iniunxerint, siue quae vnusquisque non contradicentibus illis facienda decreuerit, ipsa sanctitas, ac puritas metis, vt finis & scopus inquiratur. Haec enim est illud vnum, quod Dominus ad Martham dixit solum esse necessarium, non quia alia virtutis opera, aut necessaria, aut vtilia non sint, sed quia omnia, si recte fiant, puritatis causa diligantur. Et verò puritas ita, non in quocumque gradu quaerenda est, sed in supremo gradu procuranda, vt dum oculos & desideria in culmen montis conuicimus, saltem ad eius radices accedamus. Quia profectio natura nostra pusillanimitas, & imbecilla, non sine suauitate ad magna debet excitari, & non sine discretionem ad excelsa debet virgari, vt tandem ad mediocria perueniat. Ad quae sanè numquam perueniet, nisi minimos quosque defectus vitauerit, & quoad fieri possit, ab iis, quae parua videtur, abstinuerit. Praerorum namque est parua pericula non timere, quae maiora praesignant, quia enim experientia carent, nesciunt in cantu syrenem, & in sibilo serpentem aduertere, & os idoli, id est Daemonis, ad primum eius colloquium obtundere. Quis verò minimorum rationem non habeat, qui elapsa vite otiositate ex vna parte, & ex alia immensum iter, quod restat, attentè considerat: Filioli, inquit Ioannes, nouissima hora est. J ecquis nouissima hora praeventus, & vix in initio itineris constitutus, non properet, & non in tam angusto, quod sibi conceditur tempore, ad palmam promerendam festinet? Semper ergo Dei seruos se incipientem putet, se tyronem cogitet, se aut nihil profecisse, aut parum exiitmet, & quod in initio conuersionis optabat, vt adhuc absens, & ob suam negligentiam nondum consequutum ardentissime concupiscat. Neque in hoc se putet a veritate deniare, quippe qui

Deut. 31.

R. Reg. 13. 14. & 15.

Luca. 10.

1. Ioan. 1.

statum

Itatam religiosum suscepit, vt veterem hominem exeret, & nouum indueret, se autem adhuc videt Christi insignibus nudum, desiderio afflictionis, & ignominie vacuum, & Adæ immortificatione circumdatum. Si verò desideria tunc cēllant, cum rem desideratam accepimus, & eius presentia perfuimur, quis non videat dignum esse, vt si quæ in initio conuersionis concupiuit, non habet, desideria tyrocini non deponat? Hæc verò fuerunt seipsum vincere, Christum nudum sequi, & pro data sibi gratia sanctorum conuersationem æmulari.

Si multæ sunt viæ cœli, & plurima æternitatis itinera, religiosorum quisque eam mordicus teneat, quam ei Dominus assignauit. Cum tutum nõ sit, per aliam portam in hospitium ingredi velle, in quod aliquis voluntariè suscipitur, nisi per eam, quam illi hospitium exceptor aperuit. Et nos gratia in cœlum tendimus, gratia in cœlestes mansiones intramus, gratia & beneficio Domini in adyta perfectionis admittimur, quare ianuam apertam nobis oblatam despiciamus, & aliam nobis oclusam manu pulsare, aut contingere, audeamus? At ianuam cuique religiosorum aperta, per quam ad perfectionem, & ad gloriam est intraturus, propria sui status regula est, hanc fidelitatem ingrediatur, eius primò obligationes subeat, eius onera portet, nec aliorum causa, quæ sibi speciosiora videntur, prætermittat, siccupit viam consummate securus. Ita verò regulam diligenter obseruet, vt propter nullam rationem, nec propter tepidorum obmurmurationes, eam deserat, sed eas veluti stultorū dicta paruipendat. Quis homo latratus pusilli canis exhorret, quis, ne sibi latretur, à cepto itinere, & quod sua non parum interest, retrocedit? Non ergo tepidi & imperfecti sunt, qui exteriùs quidem latrant, sed interiùs virtutem suspiciunt, & admirantur. Quod si id non faciunt, non solum imperfecti sunt, sed & cæci, ac duces cæcorum, quorum ductum, qui casum timet, non sequatur. Imò potius is viros perfectos diligit, ipsorum colloquium, & conuersationem adeat, eorum imitationem exquirat, quò eis similis tandem euadat. Decernat itaque illud Davidis: Lauabo inter innocentes manus meas, & circumdabo altare tuum Domine, & cum innocentibus, ac iustis conuersans diligenti custodia regula se à peccatis, & imperfectionibus lauet, & per assiduum orationis sacrificium diuinæ miserationis altare circumdet. In primis autem illum innocentem imitetur, qui agnus sine macula vocatus est, hanc semper præ oculis habeat, hunc in omnibus præsentem consideret, atque ad eius similitudinem, quantum sibi datum fuerit, omnia tum exteriora tum interiora cõponat. Ipse filius, & quidẽ naturalis, à Patre vocatus est, sicut reuera est, ipse magister hominum constitutus: De illo amica, & salutaris vox Patris intonauit: ipsum audite. Ille verò Christum docentem perfecte audit, qui & eius præceptis pareat, & eius vitam & actus imitatur. Actus enim Domini tum actus, tum verba, & adhortationes sunt, quas si auris externa nõ audit, ac internus mentis auditus manifestissime percipit. Quemadmodum enim, qui præceptorem docentem audit, ab eo proposita & epuleata discit, ita qui Christum silentem, aut sustinentem, aut modestè se gerentem considerat, silentij, patientiæ, ac humilitatis vim & naturam callet, & ad vniuersas virtutes imitandas se excitari & animari cognoscit. Actiones ergo Domini vim verborū habent, imò & validi sunt clamores in auribus interioris hominis, qui eius intellectū erudiunt, & volūtatē ad amorem, ac vires omnes ad opus exfuscitant. Qui autem huius magistri audiendi & imitandi

A gratia mundam deseruit, parentes, fratres, propinquos, & amicos deserat necesse est, & eorum prospera, ac aduersa è memoria deleat, & nequaquã in eorum curis vel negotiis se intromittat. Religiosus namque huiusmodi secularibus negotiis intēdens, & de propinquorum prosperitate gaudens, ac de aduersitate merore concipiens, illa, Beati Antonij terribili comminatione percillitur: Noueris te etiã in futuro seculo eorum forte censendum, cum quibus in hac vita in lucri detrimentiq̃ consortio, vel gaudio vel merore concuteris. Si verò consanguineorū familiaritates ab homine Deo consecrato fugiendæ sunt, quantò magis cum aliis amicis, siue eiusdem siue alieni propositi, vanæ amicitie vitæ, in quib⁹ minimè tã honesta causa intercedit: Ita ergo se gerat, vt mundo iam mortuus, & vinentibus, hoc est, illis, qui mundo, & suis desideriis viuunt, nequaquam nimia familiaritate iugatur. Qua de medio sublata, facile erit superfluas consulationes, & visitationes mundanorum fugere, & nisi necessitas, aut charitas postulaerit, in cœli imagine, nimirum in cella, se cõtinere. Illi enim religiosi per vicos, & plateas, sine causa legitima curstant, & domos terrenorum ad eunt, qui dulcedinem huius cœli experti non sunt: cuius si suauitatem gustassent, cum opus est tantum, & vt Deo, ac prælati obediant, non verò præ tædio, & sine causa reliquissent. Ac tunc qui ob causam honestam è cella egredierentur, bono exẽplo aliis prælucere, & verba sancta, & colloquia adificationis instituerent, vt intus, & foris, & apud fratres, & externos se pro gloria Dei viros spirituales, & perfectionis amatores ostenderent. Religiosus præterea diuinis inspirationibus sit attentus, (quoniã Deus multifariam, multisq̃ue modis loquitur,) & erudit suos, & cœlestibus monitionibus, siue per Ecclesiã, siue per Prælatos, siue per sacram Scripturam, siue alio modo ad se delatis, diligenter obediat. Nõ fit bonorū operum quacumque exercitatione contentus, sed ea bene & feruide faciat, vt strenuis operibus seipsum quotidie meliorem reddat, & habitus virtutum, qui non nisi feruentioribus actibus perficiuntur, adaugeat. Non sola præcepta impleat, nec iniuncta faciat, sed, si poterit, opera etiam multa supererogationis adiciat. Magnus enim est Dominus, cui seruimus, & si multa & magna in ipsius obsequiũ fecerimus, redditione præmij superabebit adhuc, & admirabilis magnificentia eius. Tam in præceptis, quàm in cõsilijs, atque in obsequijs voluntariis ordinem viuendi, & operandi teneat, & minoribus, nisi aliud prudentia dictauerit, maiora, & vtiliora præponat. Occasiones proficiendi amplectatur, & ipsarum quantumque vt ditissimum thesaurum elabi nõ sinat. Vitam communem & congregationis onera à regula, Patribusque præscripta, vitium singularitatis odio habens, libenter suscipiat. Otiositatem vt pestè aueretur, sed à nimis occupationibus, vt à laqueis diaboli vitidi herba contectis prudenter se subtrahat: quia illa nocet manus ligando, ista verò immoderatis oneribus animum subruendo. Præcipue autem sciendi appetitus moderandus est ita scilicet, vt vtilia, & statui religioso accommodata discantur, vt ad affectum, voluntatisque informationem extendantur, & vt horis congruentibus ad orandum reservationis totum tempus non suffurentur. Denique in conuictu religiosa grauitas, affabilitatis sale condita, & in conuersatione, & omnibus, quæ agenda sunt, circumspectio seruetur. Nam mentibus audacibus, ac temerariis humani generis aduersarius innumeros laqueos obtedit, quib⁹ miserabiliter eas illaqueat, & in ipsarum, ac religionis perniciem decipit, & illud

Referre
Cassian.
collat. 24.
c. 11.

Heb. 1.

Ecl. 43.

In his

In his omnibus non minima pars primi itineris, scilicet abnegationis, est, quæ veterem hominem cohibent, atque mortificant: secundum verò iter, nempe, acceptio crucis in perseverantia, quam ultimam proposuimus, aperte consistit. Licet enim difficile sit cuncta hæc aggredi, & tot sensui aduersa, & humanis affectibus contraria, incipere, tamen difficillimum est, & planè opus abundantissimæ gratiæ, in illis usque ad finem vitæ perdurare. Vnde istam perseverantiam crucem vocamus, quoniam nos perfectè mundo crucifigit, & Christi similes, & sectatores reddit. Sic ergo perfectionis amator suam vitam instituat, ut quibuscumque negotiis, aut successibus emergentibus ab his, quæ semel secundum veram virtutem incepit, numquam discedat. Ita se gerat, ut nec ad veritatem eum frangat, nec prosperitas illudat, sed in aduersitatibus, & prosperitatibus huius sæculi immobilis semper in sancto proposito proficiendi, & idem omnino perseveret. Tunc erit ex illis viris fortissimis, quos Scriptura ambidextros appellat, qui fortiter utraque manu pugnabant. Horum fortitudinem Ioannes Cassianus explicabit, cuius sententia primam hæc nostri operis partem cõcludet. Habet vir sanctus, inquit, dexteram, successus videlicet spirituales, in qua tunc consistit, quando feruens spiritu, desiderijs & concupiscentijs omnibus dominatur; quando ab omni diabolica impugnatione securus, absque ullo labore, & difficultate vitæ carnis, vel respicit vel abscondit: cum sublimatus à terra vniuersa præsentia, atque terrena velut inanem fumum vmbraque vacuum contempletur, & ut mox transitura contemnit, cum futura per excessum mentis, non solum ardentissimè concupiscit, verum etiam clariùs intuetur, cum efficacius spiritualibus pascitur theorijs, cum lucidiùs referata sibi conspiciat cœlestia sacramenta, cum orationes purius atque alacriùs emitat ad Deum, cum ita spiritus amore succensus ad ea quæ inuisibilia sunt, & æterna, tota animi alacritate transmigrat, ut nequaquam se iam credat in carne consistere. Habet similiter & sinistram, cum tentationum turbinibus implicatur, cum ad desideria carnis inuentiuorum æstibus inflammatur, cum ad iracundiæ futorem perturbationum igne succenditur, cum superbiæ seu cenodoxiæ elatione pulsatur, cum tristitia mortem operante deprimitur, cum machinis accediæ, & impugnatione concutitur, cum-

Iud. 20.

Cassi. col. 60. 70.

Ecl. 30.

A que omni spiritali feruore subtrahit, quodâ tempore, atque irrationabili incertore torpescit, ut non solum cogitationibus rediis, ac feruentibus deseratur, sed etiã psalmus, lectio, oratio, cella remotio simul horreant, & intolerabili quodam retròque fastidio, vniuersa fordeant instrumeta virtutis, quibus cum pulsatur monachus, sinistris partibus se cognoscat irgeri. Quisquis igitur in illis, quæ dextræ partis esse prædiximus, minimè fuerit subintrante gloria vanitatis elatus, & in istis, quæ sinistræ partis sunt, viriliter dimicans, nulla desperatione conciderit, ac potius de contrariis arma quædam patientiæ ad exercitiū virtutis assumpserit, utraque manu utetur pro dextera, & in vtroque actu triumphator effectus, tam de sinistro statu, quam de dextro palmam victoriæ consequetur. Ista, quam Cassianus depinxit, est nostræ crucis imago, cuius lignum rectum prosperitas, & lignum transversum aduersitas reperitur. Hanc crucem tunc tollimus, cum siue prosperitas arideat, siue aduersitas irgeat, à Christi imitatione, & perfecta virtute non discedimus, & æquanimiter insurgentes molestias, & virtuti contradicentes portamus. Et quoniam istæ quotidiè nos impugnant, atque contristant, propterea iubet Dominus, ut quotidiè tollamus crucem nostram, qua salubriter grauati, & pondere peccatorum, quod intolerabiliter premit, liberabimur, & Saluatoris nostri libertatem assequemur: qui ait: Vbi ego sum, illic & minister meus erit. Quod si ipse ad dexteram Patris sedens in cœlis regnat, & nos etiam, si crucem accipimus, & quicquid inordinatū est cohibemus, & ipsi ministramus, cum eo in perpetuum regnaturi sumus. O magnum præmium, quod exiguis laboribus, & infinitis titulis debitis promissum est. Ita ergo, quæ hæcenus dicta sunt custodiamus, ut seduli Christi ministri reputati, tam incomprehensibili mercede donemur. Et quidem hæc habuimus generalia documenta, quæ perfectionis amatoribus proponeremus. Reliqua verò magis specialia, quæ ad mali victoriam, boni effectiōnem, & pacis inquisitionem, ac sequelam pertinent, alio volumine tractare inchoabimus. Istud cedat in gloriam magni Dei & Saluatoris nostri

IESU CHRISTI, cui cum Patre, & Spiritu sancto, est æterna gloria in sæcula sæculorum.

Amen.

